UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01310279 3

Pelbárt. Temesvári
Specimina et elenchus exemplorum quae in Pomerio Serm. Quadragesimalium et De tempore occurrunt. Ed. by L.Katona.

BX
1756
T38P6635
1903
c. 1
ROBA

PRESENTED TO

THE LIBRARY

BY

PROFESSOR MILTON A. BUCHANAN

OF THE

DEPARTMENT OF ITALIAN AND SPANISH

1906-1946

Miller a. Buchanan
Univ. of Chicago 1906

SPECIMINA ET ELENCHUS

EXEMPLORUM QUAE IN POMERIO SERM. QUADRAGESIMALIUM ET DE TEMPORE FR. PELBARTI DE TEMESVÁR OCCURRUNT.

Pelbartum. Fr

Pelbárt, Temesvári

SPECIMINA ET ELENCHUS

EXEMPLORUM QUAE IN POMERIO SERM. QUADRAGESIMALIUM ET DE TEMPORE FR. PELBARTI DE TEMESVÁR OCCURRUNT.

491940
19. 5. 49

ed. Lajos Katona

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

FRANKLIN-TÁRSULAT NYOMDÁJA.

Pelbartum de Temesvár, Matthiæ Corvini coævum, Ordinis Minorum decus insigne «sacræque paginæ professorem» suo tempore præclarissimum,*) sermones suos exemplis abunde ornasse satis iam notum est præsertim ex creberrimis citationibus, quæ in adnotationum serie ab Hermanno Oesterley ad editiones *Gestorum Romanorum* (Berol. apud Weidmannos 1872), necnon narrationum *Joannis Pauli* («Schimpf und Ernst» Stuttg. 1866) et *J. G. Kirchhoff* («Wendunmut» Tubingæ 1869) confecta occurrunt.

Fontes, ex quibus auctor Pomerii potissimum hauriebat, sunt: «Speculum exemplorum», amplissima huius generis narrationum collectio, iisdem fere annis, quibus Pelbartus noster florebat, comportata; «Vitæ Patrum», sub quo titulo a temporibus S. Hieronymi variorum auctorum scripta de eadem materia collecta sunt; «Dialogi» S. Gregorii Magni; «Dialogus miraculorum» Cæsarii Heisterbacensis Ord. Cist.; «Bonum universale de Apibus» Thomæ Cantimpratensis Ord. Præd.; «Gesta Romanorum»; Petri Alphonsi «Disciplina clericalis»; Sermones et Promptuarium exemplorum Joannis Herolt Ord. Præd., qui nomine Discipuli notior est; Sermones S. Vincentii de Valentia (Ferrer) et aliorum, ut ex primo Indice Elenchi nostri elucet.

Eam vero materiæ varietatem, quam hæc exempla, quorum nonnulla ad comparationem quæ dicitur litterarum haud parvi momenti sunt, complectuntur, alter Index rerum et nominum luculenter ostendit. Sunt porro quædam inter has narratiunculas, et inprimis inter eas, quas auctor «fabulosas» vel «fabulose narratas» vel «parabolice dictas» denotat, quæ partim ex fontibus remotioribus, partim vero ex orali traditione sumpta esse videntur.

His enim distinctum quendam sui generis saporem inesse comparatio earum cum aliis, plus vel minus similibus narrationibus

*) De vita et scriptis eius v. Á. Szilády, *Temesvári Pelbárt élete és munkái*. Budap. 1880. C. Horváth, *Tem. Pelb. és beszédei*. (Egyet. Philol. Közlöny I. Pótkötet 145—233.) et eiusdem auctoris *Tem. Pelb. és codexeink*. (Budap. Szemle 171. 172. sz. 1891.)

demonstrat. Idcirco ex his quasdam omnibus verbis expressas cum proximis earum cognatis contuli; quasdam vero in Elencho adnotatiunculis, pro temporis ac loci ratione quam brevissimis illustravi. Commentarium ampliorem ad has Pelbarti fabulosas narrationes (præsertim ad fabulam *Iustitiae et Iniustitiae* longe lateque divulgatam, necnon *Superbi, avari et invidi, Confessionis animalium, Ollae lactis* etc.) in dissertatione, qua officia Academicæ sodalitatis iniveram, hungarice conscripta,*) invenire potes; qui si forte a barbaro Elenchi sermone quandoque offensus eris, numquam oblivisceris me Pelbarto semper fidum Achatem etiam in excerptis mansisse, maximeque ut par erat in iis, quæ de verbo ad verbum descripserim.

Dabam Budapestini, mense Octobri MCMII.

Ludovicus Katona.

I.

Iustitia et Iniustitia.

1. *Sermones Pomerii De Temp. pasch. 8 Y.*

Exemplum ad id narratur parabolicum. Nam ut philosophus ait: Exempla quidem ponimus sæpe non quod ita sint, sed ut addiscentes addiscant. Est autem similitudo talis, quod quidam dives et iniquus habuit servum fidelem et iustum. Accidit, quod servus die quadam coram domino diceret, quod iustitia etiam in hoc mundo prævalet, quam iniustitia. Ad quem dominus ait: Non est verum, quia plus prosperatur homo per iniustitiam, quam per iustitiam. Contentione mota obligaverunt se mutuo tali pacto, quod si servus ille in hoc probando prævaleret, dominus suus teneretur sibi dare cc aureos florenos. Si autem dominus probaret contrarium, servo erueret ambos oculos. Iverunt ergo, ut de hoc quærerent iudicium. Venerunt ad quendam magnum mercatorem, a quo interrogaverunt. Ille autem respondit, quod iniustitia prævalet; si enim ego, inquit, omnia iuste emerem et venderem, depauperarer. Tunc dominus ait servo: Ecce perdidisti oculos, sed tibi adhuc parco. Requiramus plures. Venerunt ergo ad iudices. Illi similiter responderunt contra iustitiam. Iterum venerunt ad quendam magnum episcopum; ille etiam tenuit respondendo pro iniustitia. Venerunt ad regem; ille similiter respondit. Et sic dominus ambos oculos servi cultro pungendo transfixit. Sed deo dante acies visualis glaciei intacta permansit. Tunc ille cæcatus extra civitatem ambulans, cum solo baculo devenit sub quadam arbore, et ibi se posuit

*) *Temesvári Pelbárt példái.* (M. T. Akad. Értekezések a nyelv- és széptudományok köréből. XVIII. 2. 1902.)

ad quiescendum tristis. Media autem nocte supervenit turba dæmonum, capitulum super illa arbore consedendo faciens. Cumque singuli sua facta mala in mundo referrent, unus dæmon dixit: Ego feci, ut præferretur iniustitia iustitiæ sic et sic. Et princeps dæmonum illi statim coronam dedit et secum sedere fecit in throno. Cui alter dæmon invidens ait: Certe pro modico ille sic honoratur. Ego sub ista arbore scio talem esse herbam, quam si cæcus apponeret oculis, omnem sanguinem extraheret, vulnera curaret et illuminaretur. Sicque dæmones abscesserunt. Tunc cæcus hoc audito invocavit deum et cœpit varias herbas sub arbore decerpere et oculis applicare, et deo dante repperit unam inter alias, quam applicavit et sanatus est. Rex habebat filiam, quæ sanguine oculis obtectis erat quasi cæca, nec curari poterat. Intravit iste ad regem et promisit, quod illam posset sanare. Rex autem promisit eam sibi dare in coniugem, si sanaret. Et sic perfecte eam cum herba prædicta sanavit et eam in uxorem accepit, et regis muneribus ac possessionibus exaltatus est. Tandem ille dominus suus audiens, accessit ad istum et interrogavit, quomodo sanatus fuerit, illeque narravit modum, quod sub tali arbore haberetur talis herba, quam tamen eidem non ostendit. Unde ille ex avaritia, ut posset per herbam ditari amplius, ivit et plures herbas coepit decerpere ac temptare. Accidit, quod dæmonum turba ut prius supervenit et dixerunt: Videamus, si aliquis est sub arbore auscultans; nam pridem non conspeximus, et sic ille cæcus nos fefellit. Unde dæmones videntes istum ibi esse, apprehenderunt et eidem ambos oculos omnino eruerunt. Sicque patuit, quod iustitia, licet ad tempus opprimatur, tamen postea sublimatur, et iniustitia finaliter hominem perdet, ut patet in Christo et Judæis. O ergo homo, sequere iustitiam.

2. Fabula similis in cod. lat. sæc. XV. n. 123. Mus. Nat. Hung., qui «Magister Esopianus et Avianus» inscribitur.

(f. 25ª) *Iusticiam sequere, verum cape corde tenere:*
Si mala te capiant, te deus hinc redimet.

Hic auctor monet nos, ut iusticiam et veritatem sequamur . . .

(25ᵇ) Exemplum Esopiani de veritate et falsitate. Duo socii transientes Romam fecerunt pignus pro oculis. Minor tenuit falsitatem, maior veritatem tali condicione, quod cuicumque ter testimonium perhibuerit populus communis de suo opere, ut alteri oculos erueret. Et breuiter interrogabant multos in ciuitate Roma, cum quo melius homo posset pertransire: an cum veritate vel falsitate. Et omnes dixerunt, quod utique falsitas preualet veritatem. Et sic Falsitas eruit oculos Veritati. Et iacebat cecus ad deum suspirando. Cum autem senator quidam Romanus dormiret, apparuit ei angelus domini in sompnis et dixit ei: Ecce regem non habetis in ciuitate. Mane facto surge, vade ad portam speciosam, et invenies ibi unum cecum et recipies de rore celi, qui est in tilia, et unge oculos eius, et videbit; et ipsum eligatis in regem. Ille autem rex, qui

dicebatur Veritas, multum benedixit deum et seruiens (erat) ei usque ad mortem. Quadam autem die venit Falsitas et cognouit eum, scilicet Veritatem et videns eum petebat eum, ut sibi eciam erueretur (oculus) et ponerent eum*) in eodem loco, sperans se eciam in regem electurum. Quo facto eruitur ei oculus et erat cecus usque ad mortem.

Ecce deus veritatem semper iuuat, ergo illam debes semper tenere in corde tuo.

II.

Fabula de superbo, avaro et invido.

1.

Pelbartus, De Temp. hiem. 39 D:

Exemplum hic occurrit de narranda parabola, scil. quod in quadam civitate erant tres cives: unus fuit miro modo superbus, alter maxime avarus, tertius summe invidus. Quos**) rex sapiens audiens, fecit ad se vocari illos omnes et dixit: Petite quicquid vultis, et promitto dare prius petenti, quod petit, ita quod qui posterius petierit, duplum dabo scil. illi quam primo; et tertio similiter duplum quam secundo. Altercatione facta superbus nolens prius petere, ne isti plura accipientes honorabiliores reputarentur, allegavit, quod postremo omnium deberet petere, ne honore pompæ pristinæ minoratus videretur. Et ei rex annuit, ut postremus esset pro honore

Osraldus de Laskó, Gemma fidei 38 R:

Unde narratur parabolice, *quod in quadam ciuitate erant tres ciues. Unus fuit* multum *superbus*, secundus *maxime auarus* et *tertius* plurimum *inuidus*. Quos rex accersiuit et ait illis: *Petite quicquid rultis, et promitto dare* primo *quod petit*, secundo petenti *duplum*, et tertio petenti triplum. *Altercatione* inter ciues *facta*, ait superbus regi: Ego honorabilior sum, ideo plus decet me accipere, ergo ultimus ero in petendo. Auarus vero cupiditate ductus ait, se plura aliis velle habere, ergo nollet esse in petendo primus. Quibus rex adquieuit. Venit inuidus tristis effectus pro eo, quod alius ciuium duplum, alius triplum debebat habere, quod ut impedire posset, ait regi: Nolo, quod

Pauli 647:

Es waren iren drei die hetten lang zeit einem herren wol gedient, der erst knecht was hoffertig, der ander was geitig der drit was neidig, der her berůft sie all drei vnd sprach zů inen, ich wil euch belonen vmb euweren dienst mit dem geding, was der erst begert, das wil ich im geben, begert er ein hundert guldin, das wil ich im geben, dem andern zwei hundert, dem dritten noch als fil als dem andern, fierhundert guldin wil ich im geben, keiner wolt zum ersten begeren, der hoffertig sprach, es ist mir ein schand, sol ich zům ersten begeren ich sol zů dem letsten lon empfahen, damit das mein eer dester grösser sey, der geitig sprach, ich sol zů dem andern oder

*) Ms.: *ponent* v. *ponetur?*
**) Sic, pro *quod*.

habendo maiori. Avarus avaritia motus allegavit se pluribus possidendis inhiare; cui rex concessit esse secundum in petendo. Invidus ergo victus invidentia alieni boni, petivit sibi erui unum oculum, ut illi secundo petenti eruerentur duo; et tertio erutis oculis abscinderentur manus, ut sic fieret regis promissum in proportione duplorum prædictorum.

mei conciues plus quam ego sint remunerandi: ergo peto, ut eruas mihi unum oculum, secundo ciui duos, et tertio amputes et manus, ut tuum decretum impleatur.

dritten lon empfahen damit mir vil werd. dan ich bin geitig, also můst der neidig zům ersten heischen, da begert er das man im ein aug vsz steche, das dett man, dem geitigen stach man beid augen vsz, dem hoffertigen stach man beid augen vsz. vnd schnit im die oren darzů ab. Also sein noch vil neidiger menschen, die gern eins augs manglen, damit ein anderer gar blind sei.

2.

Peraldus, *Summa vitiorum*, (Colon., Quentell, 1479) VII-æ 1-a p. 13.

Exemplum de quodam rege, qui concessit cuidam auaro et cuidam inuido munus, quod eligeret, ita tamen, quod munus ei, qui posterior peteret, duplicaretur. Et cum uterque deferret, præcepit petere rex inuido, ut prius peteret. Qui petiit, ut erueretur sibi unus oculus, volens quod proximo eruerentur ambo. Noluit petere aliquid bonum, ne proximus eius acciperet duplicatum.

3.

Holkot, *Opus super Sapientiam Salomonis* (Spiræ, P. Drach, 1483) Lectio XXIX B:

Narratur de quodam cupido et inuido insimul iter agentibus, quod vox de cælo venit ad eos dicens: Petat unus vestrum quicquid voluerit et habebit; sic tamen, quod socius eius habebit duplum. Fit controuersia, quis eorum prius peteret. Tandem invidus: ‚Peto, inquit, ut eruatur mihi alter oculus.

4.

Bromyard, *Summa praedicantium* (Norimb. Koberger, 1485) J VI, 19:

Ex iam dictis colligitur, quod inuidi moderni stultiores sunt, quam illi antiqui, de quorum uno fertur, quod cum sibi et socio suo cupido a domino oblatum esset, quod ab eo pro diutino seruitio salarium quod vellent peterent, conditionem adiungens, quod quicquid esset a primo petitum et obtentum, secundo duplicaretur. Auarus ergo primo petere noluit, sed ex cupiditate socium expectauit, ut portio sua duplicaretur. Nec inuidus inuidia ductus, ne alterius cresceret emolumentum. Ipsis sic altercantibus cogitauit inuidus, quod eligeret, quod eius electio alteri com-

modum non faceret, et elegit, ut unus ei oculus eruueretur, ut alius duos amitteret.

De altero fertur, quod ad imperatorem Fridericum veniens cum fructibus, quos multum dilexit, ingressum habere non potuit, nisi ianitori lucri promitteret medietatem. Imperator vero in fructibus illis delectatus, cum coëgit, ut aliquid peteret. Qui petiit, ut sibi centum ictus dari præciperet, cuius causam cum imperator cognouisset, suos ictus leuiter, alterius vero grauiter solui iussit.*)

5.

Gritsch, *Quadragesimale* (Norimb., Koburger, 1479), XIX Z:

Legitur in historiis,**) quod duo fuerunt socii in curia cuiusdam regis, unus inuidus et alter auarus. Et dum murmur de eis esset inter curiales, voluit rex eos licentiare, promittens quicquid peterent obtinerent, sic tamen, quod primus quicquid haberet, secundus in duplo reciperet. Tunc inuidus nolens, quod socius magis bonum obtineret, noluit primo petere, sed tandem sorte misso, inuidus primo petiit erui sibi pro mercede oculum, ut socio suo duo oculi eruerentur.

His multi similes sunt in mundo, qui potius duplum damnum eligunt, scil. animæ et rerum, quam quod alteri faueant parnum commodum.

6.

Paratus, *De Tempore* S. LXIV D. (1503. Argentor. 4°.)

Duo viri venerunt ad quendam regem petentes sibi subueniri; unus eorum erat inuidus et alter auarus. Et respondit rex, quod quicquid unus peteret, hoc sibi daret simpliciter, et alteri daret dupliciter. Auarus autem distulit petere, cupiens sibi duplicem portionem dari: inuidus autem inuidit sibi duplum dari, et sic petiit semetipsum uno oculo priuari, ut sic socius, scil. auarus, ambobus oculis priuaretur. Et sic factum est. Unde versus:

Inuidus, ut noceat, in sua damna meat.

III.

Confessio leonis, lupi et asini.

Quadragesimale I. 22 G.

(Sicut fabulose narratur, quod) leo et lupus cum asino, dum vellent transire fluvium, ascenderunt in naviculam in ripa hærentem terræ. Quæ cum fixa maneret, dixerunt, quod propter culpam alicuius illorum hoc foret; ideoque deberent facinora confiteri. Unde leo confessus est, quod

*) In Hungaria de rege Matthia Corvino narratur (Cf. *Dunlop-Liebrecht*, Gesch. d. Prosadicht. p. 257a et adn. 330b, *Wright*, Lat. Stor. n. 127. et Pauli 614.)

**) *hystoriam.*

inter bestias silvæ pinguiorem devoraverit. Lupus alleviavit dicens: Hoc nil est, quia fames te coëgit. Item lupus confessus est, quod porcam cum omnibus suis suellis devoraverit. Leo dixit: Non magnum est, præ fame fecisti. Asinus confessus dixit: Nescio aliud fecisse, nisi quod semel nimis fatigatus sub onere et famescens, vidi straminis unam festucam ex calceamentis domini mei laceratis extra pendere; illam comedi: Ad quod leo et lupus dixerunt: Hoc maximum est peccatum, propter infidelitatem contra dominum tuum; dignus es morte. Et sic devoraverunt asinum.

Huiusmodi exemplum inserui, ut dormitans populus in sermone post prandium expergiscatur ad audiendum tali consolatione.

IV.

Olla lactis.

Pelbartus, Quadrages. II. 6 L:

Pro exemplo consolatorio ad excitandum dormientes, nota, quod homo, qui nimis sollicitus est de mundialibus, peccat saltem venialiter, et idcirco faciente deo, fraudabitur spe. Contingit sibi, ut fabulose narratur de quadam puella, quæ nimis sollicita fuit, ut traderetur nuptui; propter quod sæpe etiam de hoc somniabat. Cumque ollam lacte plenam ad forum duxisset, ut venderet, et resedisset, cogitavit, quod de pretio lactis calceos pulchros emeret, quibus se posset ostentare, ut viro placeret in matrimonium. In hac cogitatione obdormiuit et vidit in

Jac. de Vitriaco 51. (Crane p. 20.)

Similes [sunt dissipatores] cuidam vetulæ, quæ dum in urceo terreo ad forum lac portaret, cœpit cogitare in via, quomodo posset fieri dives. Attendens autem, quod de suo lacte tres obolos habere posset, cœpit cogitare, quod de illis tribus obolis emeret pullum gallinæ et nutriret, ita quod fieret gallina, ex cuius ovis multos pullos acquireret; quibus venditis, emeret porcum; quo nutrito et impinguato, venderet illum, ut inde emeret pullum equinum, et tam diu nutriret ipsum, quod aptus esset ad equitandum. Et cœpit intra si dicere: Equi-

Steph. de Borbone 271. (Lecoy de la Marche p. 226.)

Item audivi quod, cum cuidam ancillæ dedit domina sua lac dominicale, et ipsa portaret illud super caput suum ad vendendum ad urbem, cum iret iuxta fossatum, incepit cogitare, quod de pretio lactis emeret gallinam, quæ faceret ei pullos multos; quod factos (sic!) gallinas venderet, de quibus faceret oves, et de illis boves; et sic paulatim ditata, contraheret cum quodam nobili. Et cum gloriaretur, cogitans, cum quanta gloria duceretur ad virum illum cum equo, et quasi si pungeret equum calcaribus, pede terram percuteret, dicendo equo *io! io!* lu-

sommis calceos sibi pulchros emptos, quos cum conaretur ad pedes trahere, ecce lac totum in olla calcaneo eliso repente perfudit, et excitata flere cœpit, quod et lac et pretium perdidit, nec calceos habere potuit, sed verberari demeruit.

tabo equum illum, et ducam ad pascua, et dicam ei *io! io!* Cum autem hæc cogitaret, coepit movere pedes, et, quasi calcaria in pedibus haberet, cœpit talos movere et præ gaudio manibus plaudere; ita quod motu pedum et plausu manuum urceum fregit, et lacte effuso, in manibus suis nihil invenit; et, sicut prius pauper fuerat, ita postea pauperior fuit.

bricatus est pes eius, et cecidit in fossato, et olla eius fracta est et lac effusum. Et ita amisit totum quod se adepturam sperabat et quod adquisierat.

V.

Fridolin.*

(Schiller: «Der Gang nach dem Eisenhammer».)

1.

Discipulus, *De Sanct. 48* in fine. Legitur de quodam nobili, quod in extrema infirmitate positus docuit filium suum tria. Primo cavere a mala societate . . . Secundo se debere conformare aliis hominibus in licitis et honestis . . . Tertio audire missam quotidie. Et post recommendavit filium suum domino suo regi, et sic obiit. Erat autem quidam officialis regis, qui ex invidia accusavit illum iuvenem cum regina apud regem, addens pro signo, si offenderet reginam ad fletum, tunc iuvenis fleret cum ea. Et rex eandem percussit reginam ad maxillum in præsentia iuvenis, et ipsa incepit flere, et iuvenis similiter cum ea. Et rex ait officiali: Quomodo interficiam eum, cum pa-

Pelbartus, *De Temp. aestiv. I II.* Quidam nobilis docuit filium suum tria observare. Primo cavere a mala societate. Secundo conformare se hominibus in licitis. Tertio quotidie missam audire. Patre mortuo filius intravit curiam regis et factus est famulus reginæ, et acceptissimus regi et reginæ prædicta semper observabat. Quidam officialis regis iuveni isti invidit et accusavit eum falso de illicito amore inter eum et reginam existente, addens pro signo, quod quando regina rideret, tunc et iuvenis iste corrideret, et cum flente fleret. Rex temptare voluit et annulum suum reginæ obtulit, super quo regina gavisa risit. Quo viso iuvenis etiam astans risit. Altero die rex reginam in maxillam percussit et

* E. Cosquin, La Légende du page de Sainte Élisabeth de Portugal et le conte indien des „Bons conseils". (Rev. des Quest. Hist. 1903 Janv. et Juillet) Paris, 42 + 13 p.

ter suus mihi eum fideliter recommendavit? Et ille: Vocate cementarios vestros, qui sunt in silva et præcipite ipsis in secreto, quod quicumque cras mane veniet ad eos nomine vestro, quod illum proiiciant in fornacem calcis, et nulli de hoc dicant. Rex autem summo mane misit iuvenem illum nomine suo ad cementarios. Et cum sic equitaret in silva, audivit pulsare ad missam in capella quadam in silva, et diviavit (sic) a via et audivit missam illam usque ad finem. Et alius officialis sequebatur eum et prævenit iuvenem, dicens cementariis: Fecistis, sicut vobis imperatum est a rege? Responderunt: Adhuc non fecimus, sed iam faciemus. Et proiecerunt officialem illum in fornacem calcis . . . Rex his auditis vocavit iuvenem secrete et interrogavit ipsum, quare pridie flevisset cum regina, et quomodo iam deviasset a via? Et indicavit regi ille iuvenis, quomodo pater suus in extremis reliquisset sibi illa tria documenta dicens: Mi fili, si illa tria servaveris, coram deo et hominibus salvus eris. Et sic intellexit invidiam et fraudem officialis et innocentiam illius iuvenis et reginæ, et eum et eam amplius plus dilexit. ipsa flere cœpit, et iuvenis memor præcepti patris sui, conformavit se et flevit. Tunc rex cogitavit, quomodo illum occulte perderet. Ille autem officialis consuluit, ut rex præciperet cementariis secreto, quod quicumque cras mane ad illos primum veniret nomine regis dicens; Fecistisne, quod rex iussit? statim proiicerent illum in fornacem ardentem calcis, et nulli de hoc quidcumque dicerent. Tunc rex iuvenem misit hoc modo mane ad cementarios in silvam. Sed iste audiens pulsari ad missam, intravit ecclesiam et missam usque finem expectavit. Interim officialis ille putans hunc iam occisum, stimulatus invidia pervenit, et sic statim a cementariis in fornacem est proiectus. Tandem iuvenis ille advenit dicens cementariis: Fecistisne, quod rex mandavit? Responderunt: Dic regi, quod iam perfecimus. Et sic ille salvus rediit. Rex autem admiratus inquisivit, cur risisset et flevisset. Et exposuit hoc a patre sibi fore commissum, et quod etiam missam audiendo tardasset. Cognovitque eius innocentiam et accusatoris illius nequitiam, et sic istum sublimavit.

2.

Stephanus de Borbone 373. (ed. Lecoy de la Marche p. 329.)

Frequenter accidit ut eandem mortem quam procurat invidus vicino suo incurrat . . . Audivi quod, cum quidam domicellus gratiose cuidam principi serviret, quidam eius præpositus malitiosus, ei invidens, accusavit eum apud dominum suum, dicens quod pro certo sciebat quod cum uxore sua commisceretur, addens aliqua falsa intersigna. Cum autem ei credidisset, habuerunt consilium iniquum, et vocavit eius consilio dictus princeps quosdam operarios, qui fornacem in nocte illa debebant succendere ad calcem faciendam, et fecit eos iurare quod in mane illum mitterent

in fornacem qui primus ad eos veniret. Cum autem summo mane convocasset dictus princeps dictum iuvenem, iussit ut festinanter iret ad operarios, et diceret eis, quod omnino facerent quod sibi fuerat imperatum. Ille autem, sicut singulis diebus consueverat antequam aliquid faceret, voluit prius audire missam quam ire. Præpositus autem gaudens, cum crederet iam eum ad fornacem venisse et combustum, prævenit eum, et ab operariis in fornacem proiectus est. Similiter accidit illis qui Danielem (!) proiecerant in fornacem ex invidia (Dan. IV. Vulg. III.).

3.

Martinus Polonus, *Prompt. ex. XVIII A:* (1486. Argentor. fol.)

Quidam nobilis, cum diu fideliter regi suo servivisset, in morte sua recommendavit filium suum Gilhelmum nomine regi, ut ipsum in suum servitium reciperet. Quod cum rex annuisset, ille filio in secreto dixit: Fili, tria tibi consulo, et illa si tenueris, bene tibi erit. Primum ut nunquam sis in societate invidi et detractoris. Secundum est, ut quotiescunque videris dominum vel dominam turbatos vel tristes, ipsis te condolere ostendas. Tertium est, ut pro nulla necessitate missam obmittas audire. Cum ergo Gilhelmus mortuo patre in servitio regis prudenter ageret et omnibus placeret, quidam balivus regis videns, quod Gilhelmus ab eo caveret tamquam a detractore, motus invidia accusavit Gilhelmum apud regem, quod reginam adamaret. Et si, inquit, vultis probare, provocate reginam per verbum contumeliæ ad fletum, et videbitis Gilhelmum ipsa flente flere. Quod et factum est. Cumque rex nimis iratus cogitaret, qualiter Gilhelmum perderet, occulte tamen, ille invidus consuluit regi, ut mandaret magistro calcis, quod quicunque cras mane primus ex parte regis ad fornacem iret, ipsum sine mora in fornacem calcis iactaret. Rex ergo in sero dixit Gilhelmo, ut nullo modo dimitteret et quin summo mane pergeret ad fornacem et diceret magistro, ut faceret, quod rex sero sibi præceperat. Gilhelmus ergo tota nocte sollicitus, quomodo mandatum regis expleret, cito mane surgens cum iter ageret, audivit in nemore missam pulsari, et recordatus consilii patris, illuc divertit. Cumque sacerdos moram pertraheret et diu expectans missam de Beata Virgine solemniter inchoaret, ille multum timens imperium regis negligere, urgebat exire, et tamen propter deum et patris consilium nolebat missam dimittere. Dum sic per missam detineretur, ille invidus impetrato a rege, ut ad fornacem vadens sciret, utrum Gilhelmus iam crematus esset, quærente ipso a magistro, utrum iussum regis implesset, audivit, quod non, sed protinus, inquit, faciemus. Et ipsum rapiens proiecit in fornacem. Tandem finita missa Gilhelmus veniens ad fornacem et quærens a fornario, si mandatum regis impleret, respondit ille: Dicite domino regi, quod fecimus quicquid dixit. Cum ergo ad regem venisset, et rex ipsum, quem combustum credebat, vidisset: quæsivit, ubi fuisset, quod tam diu moram

fecisset. Ille timens regem, quod factum fuerat ignorans, propter missam detentum se fuisse respondit, quam de consilio patris sui nullo modo dimittere ausus fuit. Tunc rex inveniens illum invidum divino iudicio combustum fuisse, Gilhelmum, quem plus omnibus fidelem invenit, ex tunc plus omnibus honoravit.

4.

Scala caeli 130b (1480. Ulmae, fol.)

(De Missa.) Legitur in li. de septem donis Spiritus S.,[1]) quod fuit quidam miles, qui habens armigerum bonum et sanctum, accusatus est[2]) per æmulos, quod nimis erat familiaris uxori militis. Et quia miles habebat furnum tegularum et vitri in nemore, misit litteram de consensu æmuli et eo consulente ad rectorem furnorum, ut in furnum ponerent primum, qui de hospitio suo ad eos veniret. Tandem missa littera, summo mane armiger accusatus mittitur, sed in via declinauit, sicut semper consueuerat et missam audiuit. Tandem æmulus volens scire, an præceptum domini esset completum, de licentia militis illuc accessit, et quia iste[3]) fuit primus et prævenit alium, missus est in fornacem et combustus est. alius vero ignoscens, audita missa ultimo veniens saluatus est. Et rector furni per eum domino mandauit rem gestam, qui videns iudicium dei super mortuum, laudauit deum et postea multum dilexit armigerum. (Alább ugyanc fejezetben egy más hasonló történet, mely Schiller «Taucher»-jának alapmotivumával van egybeszőve.)

5.

Bromyard, *Summa praedicantium* (Norimb. Koberger, 1485) J VI. 26—27:

. . . . Sicut patet per historiam, in qua continetur de quodam invido, qui iuuenem quidam[4]) inuidit, quod tantam habuit gratiam coram domino, cui ambo seruierunt, quod puerum informauit, quod quando domino suo ciphum porrigeret, ab illo faciem diuerteret, et quia anhelitum habuit fœtidum. Domino vero dixit, quod ideo faciem ab eo diuertit, quia dixerat domini anhelitum abominabilem. Pro quo domino suasit, quod carbonariis in nemore nocte præcedenti præciperet, quod primum in crastino de domo illa ad eos venientem in ignem proiicerent, et quod in crastino mane iuuenem illuc mitteret. Quod cum factum esset, festinauit inuidus videre, quomodo iuuenem occiderent. Quo tamen ecclesiam quandam, iuxta quam transibat, intrante, ut missam audiret, invidus illum prævenit. Quem licet renitentem et reclamantem et dicentem, quia sum ego, ad ignem traxerunt, dicentes: Festina obœdire domini nostri mandatis.

[1]) = Stephanus de Borbone (v. supra s. n. 2.).
[2]) Scil. armiger. — [3]) *illste* in ed. 1480.
[4]) Sic, pro *iuueni cuidam*.

VI.

Vinea bis vindemiata.

1.

Caesarius, *Dialogus miraculorum* X, 13. (ed. Strange II., p. 227.)

Miles quidam in dandis suis decimis tantæ erat devotionis ac justitiæ, ut ei summum esset studium illas solvere sine mora, sine dolo, sine vexatione. Habebat autem vineam quandam quæ circa decem carratas annuatim facere solebat. Tempore quodam ut post patuit magis ex Dei dispensatione quam ex aëris intemperie, postquam collectum est vinumque expressum, una tantum inventa est carrata. Quo audito miles, servo suo verbum memoria dignum respondit: Quod meum erat, inquit, mihi Dominus tulit, ego illi portionem suam non auferam: vade et da sacerdoti carratam hanc pro decima. Quod et factum est. Eodem tempore militis germanus sacerdos quidam iuxta prædictam vineam transiens, eam uvis refertam vidit; moxque ad fratrem intrans, de negligentia illum arguit dicens: Quare nondum collecta est vinea vestra? Respondente illo, diu collecta est; sacerdos subiunxit: Nequaquam; iam illam plenam vidi. Quæsitum est et inventum, nec unquam aliquo anno uberiores fructus fecit quam in illo. Hæc nobis eodem tempore recitata sunt, et satis doleo quod nomen militis sive loci non retinui . . .

2.

Pelbartus, De Temp. æstiv. 21 R.

Item in Hungaria ciuitate Budensi publice factum miraculum fertur, quod dum quidam bonus vir pauperibus erogaret plurima, ecce tempore vindemiæ collecta vinea iterum reperta est plena botris optimis, ac si non fuisset ante collecta, quæ vinea usque modo vocatur sancti Lazari vinea, quia illi hospitali delegata.

Quadragesimale.*)

Pars I.

1. 1 F: Carnifex, qui derisit susceptionem cinerum, punitus. *Caesarius* (Dial. mir. X. 53.) et *Discipulus* (De Temp. 38 G.)

2. 3 N: Mulier devota, quæ per 30 annos omni die deflevérat passionem Chr., die parasceues mortua. Mag. *Nider* in Sermone. (Discip. 61 T.)

3. 4 R: Visio S. Arsenii. Ex *Vitis Patrum*. Vide infra 9.

4. ** 6 C: Lupus pœnitens in cuculla monachi. Libro *Kilil*.

5. 6 F: De usurario et duobus filiis eius. *Spec. exempl.* IX, 213. et *Vitae Patr.*

6. 7 M: Exempla continentiæ ex vitis philosophorum et sanctorum. *Hieronymus* contra Iouinianum et libro *Antiquitatum*.

7. 8 R: Eremita ab angelo ter diversis verbis salutatus, secundum profectionem in modo ieiunii. (Aue brutum! Aue homuncio! Aue angelice homo!) Cf. 349.

8. 9 Z: Monachus damnatus, qui cum ieiunare credebatur, occulte comedebat. *Gregorius* in Dial. (IV. 38.) V. n. 381.

9. 11 L: Visio S. Arsenii. Cf. 3. 134. 188.

10. 12 N: De procrastinatione pœnitentiæ.

11. 12 P: De agone illius, qui nimis confisus fuerat suis meritis. *Apiarius* et *Spec. ex.* V, 108.

12. * 13 T: Quædam nobilis et ditissima mulier illegitime concept. et peperit successiue tres filios, quos fecit erudire, et facti sunt doctores maximi, ita quod per eos multi de ecclesia illuminati sunt. Unus illorum fuit theologus maximus, alius canonista, tertius historiarum magisteri Cumque mulier illa ad extremam tandem horam in infirmitate peruenisset, accesserunt prædicti filii eius et monebant eam ad pœnitentiam. Illa dixit: Non possum dolere peccata illa, ex quibus tanta prouenit uti-

*) Exempla singulis asteriscis notata ad verba expressa sunt; illa vero, quæ binos asteriscos præ se ferunt, in dissertatione p. 4. citata fusius tractantur. In auctorum citatione quidquid uncis inclusum vides, a me additum est. Miracula B. Mariæ V., quæ alio loco recensenda duco, hic omisi.

lita-, ut tales doctores gemerim. At illi monentes eam diligenter et sollicite induxerunt, ut doleat de hoc saltem, quod non posset dolorem habere. Illa assentiens, sic discessit. Et tandem cuidam viro bono apparuit, dicens se esse in purgatorio et sic de saluandorum numero.

13. 13 Z: Peccata in schedula conscripta et pœnitentiã deleta. *Caesarius* l. c. (II, 10.)

14. 14 C: Caput mortui in fundamento palatii repertum baptisari anhelans. *Petrus de Palude* Super IV. (= Scriptum in Quartum Sententiarum.)

15. 14 F: Voluntas confitendi saluat reum. *Spec. ex.* IX, 41.

16. 14 H: Mulier vidua, occulte meretrix facta, quæ se diabolo daturam iurauit, si eam ditaret. *Jacobus de Vitriaco.*

17. 16 P: Quam necessaria sit contritio ad delenda peccata. *Spec. ex.* IX, 30. et Magister *Jacobus Carthusiensis* in libro De peccatis mortalibus.

18. * 17 Z: De Sancto Ladislao rege nostro . . . legitur quod peccata populi maximis et multis lachrymis planxit, adeo, ut lachrymis etiam lapides duros cauaret.

19. * Ibid. Narratur etiam, quod quidam doctor sanctus expelleret dæmonem de quodam obsesso. Dæmon quæsivit, quæ esset optimã aqua super omnes aquas mundi? Cumque doctor ille diceret de aqua benedicta et de aqua baptismi, dæmon irridebat dicens: Adhuc est alia aqua melior his. Unde doctor ille dixit de aqua, quæ ex latere Christi fluxit in cruce, et de aqua, quæ immiscetur vino in calice, eo quod transit in sanguinem Christi. Dæmon dixit, quod adhuc præ his esset aqua hominibus utilior, scil. quæ fluit sursum a suo fonte. Quod cum non intelligeret doctor ille, adiurauit illum per crucifixum dicere nudam veritatem. Tunc respondit: Aqua super omnia optima est lachrymarum fluentium de cordis fonte contriti sursum in oculos. Sine enim ista aliæ parum valent; hoc est: sine contritione vera etc.

20. 18 E: De Phoenice aue regia. *Aristoteles* li. animalium et *Ambrosius* in Hexaëmeron. (Cf. *Lauchert*, Gesch. des Physiologus p. 10 et 237.)

21. 19 L: De cervo senio grauato. *Orosius* super Cantica. (Cf. *Lauchert* l. c. 27, 153, 177.)

22. Ibid. De aquila senio grauata. (Cf. *Lauchert*, l. c. 9.)

23. * 20 O: Videmus, quod nubes aufert nobis lumen solis; sed quando per ventum tollitur nubes, totaliter lumen soli in splendore, calore et pulchritudine prius habita restituitur. Sit facit et pœnitentia etc.

24. Ibid. (Pœnitentia) assimilatur carbunculo, de quo *Dioscorides**) dicit, quod vincit canes et fugat tenebras.

25. 20 P: Peccator sine confessione, sed non sine contritione mortuus, post multas pœnas tandem die iudicii novissimi saluabitur. *Apiarius* l. II. c. 78. (Spec. ex. V, 113.)

*) Diascorides.

26. 21 R: De harpya.*) *Albertus Magnus*, li. de animalibus.

27. 21 Z: Visio cuiusdam clerici apud Lugdunum, anno Domini MCIV, de pœnitentibus vestes suas in flumine lachrymarum lauantibus et de Christo illos adiuuante. (*Vincentius Bellouacensis*) in Spec. historiali et *Spec. ex.* IV, 57.

28. ** 22 G: Confessio leonis, lupi et asini. (Vide supra p. 39.)

29. 22 I: Mulieri lachrymas Christi quotidie deuote honoranti lachrymæ veræ conpunctionis donantur. Mag. *Meffreth* in Sermone.

30. Ibid. Christus cuidam pœnitenti et peccata deflenti apparet et panem eius in vulnera sua intingi iubet. *Spec. ex.* IX, 149.

31. 23 N: Quidam tentatus de vitio carnali digitum igni applicabat. *Vitae Patrum*. Cf. n. 216.

32. 25 Z: Dæmon peccatori cuidam vitia improperat, sed post confessionem eius nihil mali de isto se scire dicit. *Caesarius*. (III. 6.)

33. 26 F: Suffragia pro mortuis in purgatorio degentibus nil prosunt, si orantes in peccato mortali morantur. *Spec. ex.* IX, 148.

34. * 27 L: Legitur in *Chronicis Minorum*, quod Parisius quidam clericus philosophica scientia præclarus, sed lubricus infirmitatem incurrit. A sociis monitus, ut confiteretur, vocatum confessorem fratrem minorem repulit ut desperatus. Unde frater iste pro illo orauit. Et ecce infirmus vidit iuxta lectum apertum puteum, de quo ascendebat draco ingens ore aperto spirans flammam sulphuream volens infirmum deuorare. Tunc ille timore percussus oculis in cælum leuatis vidit Jesum veluti cruci affixum in aëre, sed sanguinem fundentem, ac prædictum fratrem vidit ad pedes Christi orantem, ut infirmo misereretur. Ait Jesus: Confiteatur et non negabo veniam, ut in euangelio scil. præcepi et promisi. Ille ergo ad sē reuersus mox pro dicto fratre mittit et plene confessus est. Tandem dēnutu conualuit et ordinem minorum intrauit et sancte vixit.**)

35. * 29 Y: Narratur in *Gestis Romanorum* (c. 58.), quod rex quidam videns in suo regno multos fore malefactores, talem legem statuit, ut saltem aliquibus fieret misericordia, quod videlicet quicunque morti adiudicatus posset dicere tres veritates tales, ut nullus eis obiicere posset, mortem illa vice euaderet. Accidit autem inter multos quendam deprehendi de latrocinio, et morti est ille adiudicatus. Ille autem cogitans, quod omnes scirent suam malitiam, et ita deberet occidi, dixit tres veritates sē fateri. Primam dixit: A principio semper malus fui et mala feci. Respondit iudex, et qui illum nouerant: Verum dicis; ideo nunc mori iuste debes. Secundam veritatem ait: Mihi displicet valde, quod in ista forma mori mē oportet. Responderunt omnes: Credimus hoc. Tertiam veritatem dixit: Si hac vice euasero, nunquam ego ad istum locum iudicii et formam huius

*) arpia.

**) Hoc exemplum ab Hermanno *Oesterley* in adnot. ad cap. 12. Gestorum Romanorum vulgatæ edit. (Berolini 1872, p. 715.) falso citatur, nam non ad historiam ibi tractatam pertinet.

mortis voluntarie veniam. Omnes responderunt: Credimus. Et sic liberatus est ab illa morte iuxta decretum regis.

Sic deus statuit, quod homo confitendo peccata, quæ licet nouit deus iudex et angeli; et si eidem peccatum displicet et cauere de cetero proponit, liberetur a morte æterna.

36. 29 Z: Alexandrum de Alesio, cum onus pœnitentiæ in ordine graue reputaret, Christus sanguine perfusus et crucem in dorso trahens consolatur. *Spec. ex.* (IX, 160.)

37. 30 C: Leones leguntur, qui ostenderunt plagas suas homini, ut sanarentur. Sicut patet in *Legenda S. Hieronymi*.

38. 30 D: *S. Bonauentura* in Vita S. Francisci.

39. * 30 D int.: Sed quoniam hodie est dominica Lætare, ponamus exemplum lætificatiuum pro excitatione dormitantium. Legitur in *Gestis Romanorum* cap. CLXIII., quod filius cuiusdam Alexandri imperatoris nomine Celestinus, magistri normæ traditus ad discendum, exeundo spatiatum viderunt oues duas breui chorda colligatas comedere herbas prope equum scabiosum iacentem in prato; quæ oues in pastu una ad dexteram, alia ad sinistram equi transierunt sic, quod chorda media per dorsum equi ascendit, scabiem læsit, propter quod equus repente surrexit, duæque illæ oues dependentes calcitrare coeperunt. Unde equus exponderegrauatus et læsus calcitrans furiose cucurrit in domum molendini iuxta existentem aperta ianua, in qua ardebat ignis. Ubi calcibus dispergendo ignem, se cum ouibus et domo combussit. Tunc magister ille ait filio imperatoris: Ecce vidisti gesta hæc; fac super hac re versus, et quis horum debeat damna soluere? Alias flagellaberis. At ille cum nesciret recte versus componere et timeret verberari, contristatur multum. Cui cum esset (absente magistro) solitarius, apparuit diabolus dicens: Promitte, quod eris seruus meus fidelis, et faciam optimos versus. Celestino ergo consentiente diabolus edidit istos versus:

Nexus ouem binam per spinam traxit equinam;
Læsus surgit equus, pendet uterque*) pecus.
Ad molendinum pondus portabat equinum.
Dispergendo focum, se cremat atque locum.
Custodes aberant, singuli**) damna ferant.

Cumque attulisset hos versus magistro, miratus est, et inquisiuit eum, et tandem Celestinus puer retulit, quod se diabolo obligauerat pro his. Unde magister contristatus ipsum induxit, ut confiteretur cum contritione magistro ac diabolo abrenuntiaret. Et post hoc factus est homo sanctus, ut scribuntur hæc libro eodem. (Cf. *Caesarii* Fragm. Libror. VIII Mirac. II. 14. ed. Meister p. 85.)

40. * 31 L.: Exemplum *a fidedigno fratre minori* circa annum domini M. CCCC. XCV. accepi, quod quædam vetula in Hungaria ciuitate Strigoni-

*) Gesta Rom. vulg. 163: utrumque, Dick 180: utraque.
**) G. R. vulg. et Dick: singula.

ensi duas filias innuptas habens, accidit illas pestis morbo infectas uno die morbo decedere. Cumque confessor vocatus aduenisset, unam earum prius audiuit et postea alteram, et illis communionem dedit. Postquam sacerdos recessit, una illarum deuote mortua est, post horam altera illarum in agone constituta ait matri: O mater, scito, quod soror mea migrauit ad Christum, cui in morte vidi assistere angelos in specie auium candidissimarum, eo quod purissimam fecit confessionem. Sed ego misserima non bonam feci confessionem de peccatis, sed peccatum præ verecundia tacui. Ideo ecce aduenerunt dæmones in specie horrendorum corvorum, qui ducent animam meam in infernum. Sicque statim expirauit.

41. 32 R: Frater Rufinus a diabolo tentatur de hoc, quod esset præscitus ad damnationem. In *Chronicis Minorum* et in *Spec. ex.* di. VII. ex. 24.

42. 33 Z: Quidam frater ordinis Predicatorum post confessionem audit vocem dicentem sibi: Vade, et iterum caput tuum rade! Ex *Spec. exempl.* di. VII. ex. 45.

43. 34 F: Diabolus in specie cuiusdam iuuenis confitens, sed pœnitentiam sibi a sacerdote iniunctam denegans, quia se humiliare nescit. *Caesarius in Dial.*

44. 35 K: De duobus fratribus in studio Parisiensi, quorum iunior erat deuotus, senior autem pestilentis moribus, qui morti proximus vidit Christum spinis coronatum et crucem humeris ferentem etc. Ex *Spec. ex.* di. X. ex. 1.

45. * 36 M: Legitur, quod cuidam diabolus multimode vulneratus apparuit. Qui interrogauit, quis sibi hæc fecerit? Et respondit: Tu, inquit, quia quotiens confessus es, totiens cultrum mihi infixisti.

46. * 36 P: Exemplum legitur *libro de Domo Timoris* (Steph. de Borb.), militi cuidam confitenti in pœnitentia iunctum esse, «quod quandocunque annulum in manu videret, de morte et pœnis inferni memor esset. Quod cum pluries fecisset, emollitus est ad vere pœnitendum.» Cf. infra n. 313.

47. 37 Z: *Caesarius in Dial.* (III, 15.) de aurifabro Darbacensi (recte: Atrebatensi), quem clericus depauperatus et soror eius occiderunt

48. 38 C: *Caesarius in Dial.* (XI. 38.) et *Spec. ex.* di. VI. ex. 83. de magistro theol. morituro, qui diabolo astanti: Quid hic stas cruenta bestia? dixit etc.

49. * Ibid. Sed ut pro consolatione aliquid inseram, exemplum ad excitandum a somno. Nolite confiteri ficte, ut narratur de quodam, qui iuit ad macellum volens videlicet carnes astute rapere, et prius intrauit ecclesiam viditque ibi sacerdotem confessiones audientem. Accessit quoque et secreto quasi ficta confessione dixit eidem: Domine, habeo quendam socium pessimum, qui non est confessus a multis annis. Nunc induxi eundem, ut confiteatur. Audite ergo eundem et corrigite dure, quia auarus est et de pecunia potius vobis loquitur quam de aliis. Sacerdos ait: Adduc illum ad me. Tunc ille in macello acceptis carnibus dixit carnifici: Mitte seruum tuum mecum et illi persoluam in hospitio. Quem adduxit ad sacerdotem, cui susurrando dixit: Iste est homo, de quo dixi

volus. Sacerdos simplex nesciens dolum dixit illi seruo carnificis: Expecta, fili, quousque perficiam iam istius confessionem, scil. quem audire cœpi, et postea disponemus. Hoc iste de soluendo putauit. Ille autem interim cum carnibus abscessit. Postea ergo sacerdos dixit illi seruo: Confitere, fili, peccata tua. At ille: Quid mihi de confessione? Persolue pretium pro carnibus! Sacerdos dixit: Miser, audiui de te, quia totus es auarus et semper pecuniam somnias. Scito, quia nunc, confiteri te oportet, qui non es confessus a multis annis, ut dixit mihi socius tuus. Sicque altercatione mota magna rixa est inter eos exorta etc. (Straparola N. 13. fav. 2.)

50. 38 H: Exemplum notabile, quod legitur in libro dicto *Scala caeli* (fol. 43a) et in *Spec. ex.* di. IX. ex. 31. de matrona prae verecundia confiteri nolente et de duobus fratribus, quorum unus erat pœnitentiarius papæ et alter innocens.

51. 39 O: Exemplum narratur *in historiis* de ebrio, cui pro pœnitentia iniunctum fuerat aquam non bibere, et qui propter veram pœnitentiæ obseruationem saluatus est.

52. 41 Z: Ex. de quodam leg. in *Spec. ex.* di. IX. ex. 212, qui non restituit nec pœnituit, et quem in visione quidam frater vidit iacentem in profundo inferni, et ex eius ventre in altum erectam arborem, in cuius ramos suspensi erant omnes «de illius genealogia, qui scienter retinuerunt.»

53. 42 D: De Constantino imperatore in *legenda S. Siluestri.*

54. Ibid. Aliud exemplum ex *leg. Beatricis.*

55. 43 F: Exemplum terribile legitur in *Apiario* (Thomæ Cantimpr.) et in *Spex. ex.* di. V. ex. 49.

56. 43 I: Ex. leg. in *Apiario* et in *Spec. ex.* di. V. ex. 212. de Maria de Ognies et de matre damnata eius.

57. 44 P: Ex. leg. in *Spec. ex.* di. IX. ex. 101. de puero nouem annorum propter nouem denarios Hallenses retentos damnato.

58. 45 Z: Ex. finale, quod leg. in *Spec. ex.* di. VIII. ex. 2. de visione S. Dunstani.

59. 46 D: Pro excitando populo dormitante inseramus consolatorium ex., quod leg. in *Scala caeli* et in *Spec. ex.* di. IX. ex. 167. de milite in ecclesia deserta vigilante et a dæmonibus quater tentato. (Cf. R. Köhler, Kl. Schr. II, 213.)

60. 46 H: Ex. narrat *Metret* in suis sermonibus de iuene in luxuriam recidiuo ad meretrices eunte, cui Christus et dæmon occurrerunt.

61. * 47 M: Exemplum leg. de philosophis, qui dicebant vitam hominis currere debere per quattuor rotas. In prima rota sic scribitur: lego, quod feci, i. e. reuoluo in memoria peccata, quæ feci. In secunda: Lego, quod facio, scil. vere pœnitendo. In tertia: Lego, quod faciam, scil. satisfaciendo dietim. In quarta: Lego, quo vadam, quia scil. in breui transeo ad futuram vitam, ubi perpetuo ero.

62. 47 O: Ex. leg. in *historiis Romanorum gestis* ca. 18. de S. Juliano.

63. 48 Z: Ex. finale leg. in *Spec. ex.* di. III. ex. 34. de Jesu Christo missam celebrante, et calicem ostendente, qui lachrymas pœnitentiæ Mariæ Magdalenæ continebat.

64. * 49 K : Exemplum . . . de S. Francisco, qui a Christo apparente simul cum B. Virgine et angelis in ecclesia S. Mariæ de Portiuncula Assisii impetrauit plenarias indulgentias, offerendo rosas, quæ miraculose excreuerant ex aspersione sanguinis Beati Francisci inter vepres et spinas, ut patet in *Actibus Francisci*. (Cf. 106.)

65. * 50 O : Ad hæc exempla physicalia proponamus aliqua. Primum de apibus. Quando enim apes inuicem strepunt et clamorem et discordiam faciunt, signum est, quod rex vult alveare dimittere. Item in auibus dicit *Solinus* in libro rerum (natur.), quod eo anno, quo videntur aues in alto aëre pugnare, futurum esse pestilentiam et strages et neces in inferiori regione fieri, quia instinctu naturali aues terram et aërem inferius sentiunt esse corruptioni proximam. Ideo in altum leuant se. Sic spiritualiter quando homines discordant, strepunt vel pugnare videntur, signum est, quod rex Christus recedit ab eis, et pestilentia vitiorum ac damnationis sequetur in eis.

66. * 50 S : Ex, leg., quod dæmones multum gaudent de hominum discordia. Cum enim B. Franciscus Aretium venisset; vidit dæmones exultare de illius ciuitatis intestino bello, et per socium mandauit ex parte dei, ut exirent dæmones de ciuitate. Et ecce statim recesserunt, et ciuitas concordiam fecit.

Pars II.

67. 3 N : * Item audiui a narrantibus fidedignis, quod in hoc regno stipendiarius quidam dum moreretur, animam suam alloquebatur taliter dicens : Egredere maledicta anima mea, egredere ; noli me cruciare ; nullum bonum fecisti in hac vita ; vade ergo iam cum diabolo. Et sic infelix expirauit.

68. 3 Q : Ex. ad id legitur de pluribus euntibus ad peccandum, quibus Christus vulneratus et recenti sanguine fluens occurrit, ut eos retineret.

69. ** 6 L : Olla lactis. (La Fontaine VII. 10. v. supra p. 40.).

70. 6 O : *Vitae Patr.* (Cf. n. 331.).

71. 7 T : *Collat. Patr.* (Rosw. 555ª).

72. 7 Z : *Gregor. Dial.* IV. (cap. 10.).

73. 8 F : *Spec. ex.* di. IX. ex. 201.

74. 9 K : *Caesarius* et *Spec. ex.* di. VI. ex. 91.

75. 10 N : *Caesarius* et *Spec. ex.* di. VI. ex. 5.

76. 11 R : In *Vita Soc. B. Francisci* et in *Discipulo* (Serm. 1 H) de apostata ex ordine exeunte, cui Christus sanguinem ex quinque vulneribus fundens apparuit. (Cf. 68.)

77. 12 Z : *Caesarius* (Dial. mir.) et *Spec. ex.* di. VI. ex. 99.

78. 13 E : *Spec. ex.* di. III. ex. 9.

79. 13 H : *Spec. ex.* di. VII. ex. 54.

80. * 14 N : Sed pro excitatione dormitantium dicamus consolatorium exemplum, quod narratur contigisse in regno videl. isto, quod quidam prædiues cum multos florenos auri congregasset in cistam desuper foramen habentem, per quod immitteret semper successiue plures. Quidam eius

pauper communicuens picam tenebat, quæ sæpius per fenestram diuitis illius absentis intrans, rostro per foramen de florenis extrahebat quot-quot poterat. Et ascendens ad pilam cucurbitæ istius, quæ pendebat in signum medonis propinati (ut moris est), raptos florenos reponebat. Post multum temporis homo ille pauper deficiente medone deposuit pilam suam, scil. cucurbitæ, et inuenit in ea aliquot centenos florenorum. Admirans de hoc, iterum exposuit pendentem pilam, et considerando sæpius vidit picam ibi reponentem florenos. Tandem diues ille quadam die effundens de cista florenos et numerans, vidit in multis deficere, et nesciens quo deperiissent, tristatus est et obdormitare cœpit cogitando. Interim pica superveniens rapuit unum ex florenis effusis in mensa. Excitatusque repente diues vidit illam rapientem et cogitauit, ut in iudicium attraheret illum pauperem conuicaneum. Tunc in iudicio interrogatus ille pauper dixit se nolle pro illa pica in suis factis et rapinis respondere. Quid plura? Iudicium diffiniuit picam suspendi debere. Et data est in manus diuitis, ut suspendat. Ille autem turbatus contempsit sententiam et picam illam elisit ad parietem. Tunc pauper ille reconueniens*) diuitem de hoc, quod picam contra sententiam iudicii tam dire occiderit aliter quam diffinitum fuerat. Ecce in iudicio de homagio quadraginta florenorum auri diues condemnatus est pro contemptu. Sic erit in iudicio diuino, quod homo pro contemptu grauius punitur.

81. 14 Q: Ex. leg. in *Libro de VII donis* et in *Spec. ex.* di. IX. ex. 87. de monacho Cisterciensi, quem ex ordine exire volentem mater mortua redarguit, ostendens ei modicum experimentum pœnarum inferni.

82. 15 Y: *Spec. ex.* di. VII. ex. 31.

83. 16 D: *Vitae Patr.* (VIII. 46.).

84. Ibid. *Spec. ex.* di. VI. ex. 28. ex. *Caesarii Dial.* (IV. 5.).

85. 16 F: Ex. in (Summa) *Antonina* (p. II. ti. 4. ca. 5.) de quodam doctore, qui se dixit epistolas Pauli melius intelligere quam ipse Paulus apostolus, quem deus sic puniuit, quod statim oblitus est penitus omnis scientiæ, ut nec literam cognosceret.

86. 17 K: Exempla plura historica de ambitione: * Nam propter hoc (scil. ambitionem) Romulus occidit fratrem Remum, ut solus regnaret. Similiter Athila occidit fratrem suum Budam, qui ciuitatem suo nomine Budam nominauit. Item Julius Caesar plurima bella gessit contra Pompeium multis occisis, ut sibi imperium usurparet. Item magnus Alexander ex ambitione multa bella fecit. Etc.

87. * 18 N: *Guilhelmus* in Summa allegat, quod quidam philosophus cuidam militi turpia verba proferenti ait: Aut vestes aureas depone, aut teipsum munditiæ tuarum vestium conforma.

88. * Ibid. Ex. narrat *Antoninus* ubi supra (scil. in Summa) de quadam comitissa, quæ licet erat liberalis ad omnes pauperes et orationibus dedita, sed in ornatu vana. Et post mortem apparuit cuidam denotæ mulieri sibi

*) a r g u i t vel a c c u s a u i t scil.

familiari, habens caput plenum serpentibus mordentibus, et dixit se damnatam propter ornatum capitis.

89. * 18 P: Ex. narrat *Antoninus* ibidem, quod frater quidam visitans quendam mundanum scholarem compatriotam suum, vidit in illius camera pompam lecti delicati et ait ei: Charissime, recorderis, quid dixit Esa. XIV. (11.) de talibus: Concidit cadauer tuum, scil. in morte, subter te sternetur tinea, et operimentum tuum erunt vermes. Et hoc verbum adeo impressum est cordi illius, quod non potuit quiescere, sed religionem intrauit.

90. 19 Z: Ex. leg. in *Vitis Patrum* de S. Machario, cui duæ perfectæ mulieres ostenduntur.

91. 20 F: Ex. de ingratitudine filii ex *libro Apum Spec. ex.* di. V. ex. 40.

92. 21 M: Ex. de S. Bernardo prædicante, quem in medio sermonis populum flere videntem vana gloria tentauit.

93. 22 S: Secundum *Valerium de naturis rerum* (?) antiqui iræ vitium sub specie Martis depingebant etc. Ut dicit *Seneca* li. II. de Ira. Deinde subiungitur fabula *Aesopica* de Lupo et Agno. (Phædr. I, 1.)

94. * 23 G: Legitur ex. in *Vita philosophorum* de Diogene iram silentio vincente, item de Theodosio imperatore, qui cum se iratum sentiret, nunquam sententiam ferebat, nisi prius XXIV. literas morose intra se diceret etc.

95. * 22 U: Exemplum consolatorium pro excitatione dormitantium narratur, quod uxor cuiusdam viri recurrens ad mulierem sortilegam, voluit maritum suum ut incantationibus prouocaret illum ad amorem suum. Et illa commisit, ut sibi apportaret de pilis oculorum mariti. Cumque vir ille ad mercandum cum sociis deberet ire longius, uxor eius dixit ei: O mi domine, da mihi aliquid de pilis oculorum tuorum, ut teneam interim apud me pro memoria tuæ dilectionis. Vir astutus dedit sibi de pilis pharetræ suæ, quam super se habebat. Cumque pertransita diæta cum sociis hospitati forent in hospitio, et sero læti conuersarentur, ecce pharetra illius pendens in gonpho commota strepitum fecit. Dixerunt omnes: Quid hoc? Vir ille recognoscens dixit: Forsitan vias vult currere. Et sic tertio commota reuersando sagittis excidentibus hic et illic, exiuit per ostium donec domum peruenit. Unde illius uxor confusa contra intentum verbera incurrit.

96. 24 N: Ex. leg. in Summa *Antonini* parte II. ti. VIII. c. VI. § 3. in fine.

97. 25 Q: *Augustinus* (De civ. dei XXII. 8.) de vidua maledicente decem filiis, qui toto corpore tremuli effecti sunt.

98. 25 T: De puero quinque annorum *Gregorius* IV. Dial. (c. 18.) et ibid. exemplum, quod refert *Petrus Damiani* et habetur in *Spec. ex.* di. I. (ex. 85.) de gallo assato.

99. 26 Z: Legitur in Dial. *Gregorii* et in *Spec. ex.* di. I. ex. 61.

100. 27 C: Ex. narrat *Antoninus* in Summa parte II. ti. V. c. II. de quodam concubinario.

101. 27 E: Ex. narrat in Sermone *Wann* de quodam sodomita.

102. 27 F: Ex. leg. in *Spec. ex.* di. IX. ex. 34. de quodam iuvene luxurioso post mulieres malas rubetum intrante, cui Christus occurrit.

103. 28 I: *Gregorius* li. Dialogorum (III. 21.) de quibusdam prædicantibus veritatem fidei, quorum linguæ per Wandalos abscissæ sunt radicitus, et postea tamen miraculose loquebantur ore vacuo. Sed unus eorum in luxuriam cadens perdidit hoc donum.

104. Ibid. Narrat *Petrus Damiani* de quodam sancto presbytero, qui dum missam celebraret, consuenerat angelus aduenire et corpus domini ex offerentis manibus assumere, qui postea cadens in luxuriam hanc gratiam amisit.

105. 28 M: Exemplum ex *Vitis Patrum* de sanctorum lucta contra carnis tentationem.

106. Ibid. Aliud simile de S. *Francisco* quod iam supra no. 64. fusius citatur.

107. 29 O: *Petrus Damiani* in Epistolari suo de quodam, qui dum frixas studiose carnes furtiue comedisset, ilico tantus ardor libidinis eum inuasit, ut peccatum contra naturam commiserit.

108. 29 P: Exempla naturalia, primo de serpente ex *Aristotelis* VII. de animalibus, deinde de crocodilo*) ex *Physiologo* et li. XVIII. *de Proprietatibus* (Barthol. Anglici).

109. 29 Z: Legitur in *Speculo ex.* di. VII. ex. 82. de monacho Helia rapto, qui vidit pœnam cuiusdam gulosi.

110. Ibid. Ex *Spec. ex.* di. VI. (92) de bufonibus suspensis, quibus pro piscibus quidam miles gulosus in inferno vescitur. (Ex *Caesario* XII. 18.)

111. 30 C: *Valerius* li. VI. c. 2. de rege Philippo, qui mulierem innocentem damnauit temulentus. illa autem appellauit ad sobrium et rex sententiam reuocauit.

112. *30 D: In *Gestis Romanor.* legitur pro exemplo cap. 159. quod Josephus li. de causis rerum naturalium**) refert, quod videlicet Noe inuenit vitem siluestrem, i. e. labruscam, quæ cum esset amara, tulit sanguinem animalium istorum: scil. bouis, agni, porci, galli et ursi. Quibus terræ commixtis fecit fimum, quem ad radices labruscarum posuit, et sic vinum dulcoratum fuit. Indeque dicitur, quod aliqui potantes vinum fiunt superba loquentes ut leones, alii denotizantes usque ad lachrymas tanquam agni, alii præcipites in lutum et luxuriam ut porci, alii secreta

*) Cf. *Lauchert*, Gesch. des Physiologus 25, 153, 302. Quæ Pelbartus hic de serpente quodam parvulo, cindorum vocato habet, in Physiologo de hydro leguntur, quem Græco sermone ἔνυδριν, ἐνύδριον scriptum in cindorum defiguratum esse pro certo habeo. (Cf. Libro de los Gatos ed. *P. Gayangos*, Bibl. de aut. esp. LI. p. 546. enx. 13. = Odo de Ceritona Fab. 18. ed. *Hervieux* op. cit. IV, 192.)

**) In G. R. cap. citato vulg. editionis, sicut et in ms. antiquissimo (ed. Dick c. 129) quatuor animalia, quorum sanguine Noe vitem irrigat, sunt leo, agnus, porcus et simia.

propalantes ut galli canentes, alii autem repente irascentes et murmurantes ut ursi. Hæc de vite non habemus ex scriptura authentica, tamen de ebriosis sic facere expertum est.

113. * 30 F: Exemplum ad id (scil. ad ebrietatem) pro consolatione exercitationis (sic!) refert *Robertus Holkot* super li. Sapientiæ lect. 121., quod rusticus quidam inebriatus quicquid videbat, duo sibi apparebant. Rediit domum et videns filios suos duos, apparuit quod essent quattuor. Imposuit ergo uxori, quod duos illorum generasset sine scitu suo. Illa negante iussit pro purgatione vomerem afferri et poni in ignem, dixitque uxori, quod omnino non crederet, nisi ferrum ignitum manu nuda portaret. At illa prudens femina dixit: Ego faciam, sed tu ferrum ipsum ignitum manibus tuis capiens mihi trade. Quod ille tangens manum combussit et sobrius esse coepit. Additur, quod etiam narratur ab aliquibus, quod mulier cœpit virum suum aure capta ad iuga trahere. Cui ille: Quid sic facis? Illa respondit: Quia bos factus es quadrupes, manibus et pedibus reptans, iugum te trahere oportet. Sicque ille se recognouit et tandem abstinuit. O utinam moderni ebrii homines corrigentur ex dictis!

114. 30 L: Legitur in *Caesario* et in Summa *Francisci Comestoris* de vitiis (?), de quodam peregrino inebriato et visione eius.

115. 31 S: Leg. in *Caesario* et in *Spec. ix.* di. VI. ex. 25. de duobus civibus Coloniensibus, qui credebant sine mendacio nil lucrari posse.

116. * 33 D: Exemplum legitur, quod quidam miles in alea dum per oculos dei iurasset, mox ipsius proprii oculi de capite exsilientes super aleam ceciderunt.

117. 33 F: Ex. bonum legitur ad id in *Gestis Romanor.* cap. 128.

118. 33 G: In *Speculo historiali Vincentii* (Bellovacensis) li. X. cap. 145. de vidua Alexandrina nomine Melantia, quæ falso accusauit virginem Eugeniam de stupro et non diu post una cum familia, quæ falsum testimonium dederat, cælica flamma combusta est.

119. 34 K: *Valerius* refert li. VII. c. 4. de Alexandro et Anaximene.

120. Ibid. *Virgilius* in Aeneide II. de Assaraco Troiam ædificare volente. (Non de Ass., sed de *Laomedonte* simile quid narratur Ov. Met. XI. 194—220.)

121. 34 O: *Vincentius* (Bellov.) in *Speculo* (histor.) li. XXIV. (c. 24.) de duce periuro tempore Karoli Magni. (Spec. ex. IV, 34.)

122. Ibid. *Spec. ex.* di. IX. ex. 169. ex *Orosio.*

123. 35 R: Ex. de quodam usurario divite, quem plebanus noluit in cœmeterium sepelire sed corpus asino imposuit, qui nullo ipsum ducente onus sub patibulum portauit. (Ex *Jacobo de Vitriaco*, ed. Crane, No. 177. p. 75. et adnot. p. 206.)

124. 35 U: Usurarius impœnitens a dæmonibus in navi rapitur. *Antoninus* ubi supra parte II. ti. I. c. 6.

125. 36 BB: Exempl. ex *Caesario* (XII. 57.) *Spec. ex.* di. VI. ex. 103. de religioso, qui ætate puerili obolum a germano suo furatus est.

126. 37 F: Fabula regis *Midae* ex *Ovidii* Metam. XI. (85—193.) tangitur.

127. Ibid. Ex *chronica Martiniana* (scil. Martini Poloni) apud *Antoninum* ubi supra p. II. ti. I. de quodam diuite, qui ex anaritia emebat b l a d a[1]) multa, ut c a r i s t i a m[2]) induceret.

128. 37 I: * Ex. in *Vitis Patr.* legitur et *Antoninus* (ubi supra) ponit etiam, quod duo fratres nunquam potuerunt rixari, licet unus alium prouocaret de m a t t a, in qua dormire habebant, dicendo: mea est, et alius statim sibi cessit dicens: Sit tua in nomine dei.

129. 37 L: Ex. leg. in Dial. *Caesarii* et in *Spec. ex.* di. VI. ex. 85. de muliere auara, quae moritura vidit caput totum cornis et cornicibus repleri.

130. 38 Q: Ex. leg. in *Vitis Patrum* et in *Antonini* Summa de quodam sancto, qui dixit minus malum esse comedere carnes animalium in die ieiunii, quam carnes hominum per detractionem.

131. * 38 T: Pro exemplo potest poni consolatorio, quod narratur factum in hoc regno in oppido nomine B a t h a, quod quidam frater dum quæstus causa prædicaret stans super dolium, et fistulator quidam in toro ac quæstu aduersaretur eidem, mutuo sibi ipsis detrahentibus publice, astutus fistulator ficta deuotione accessit circa dolium, super quo ille prædicabat, et clam sub pallio rescidit circulos dolii. Cumque prædicans ille cum impetu pede fortiter tangendo super dolium diceret: Hic idem submergar, si non verum est, quod dico. Mox asseribus dolii decidentibus prædicator ipse in fæces dolii cecidit. Sic solent etiam dæmones ludificare detractores, qui dum detractiones affirmant, cadunt subita morte in fæces inferni. (Cf. *Szilády* l. c. 25. n. 2. et *Horváth* l. c. 200.)

132. 38 Z: Ex. finale leg. in *Spec. ex.* di. IX. ex. 55. de clerico et laico magnis detractoribus.

133. 41 Q: *Valerius* li. II. ca. 4. et *Augustinus* li. de civ. Dei de Posthumio, qui puniuit filium inobœdientem.

134. 42 Z: Pro populi aedificatione exemplum, quod leg. in li. *de Paradiso* (?) de visione A r s e n i i.

135. 43 D: Ex legenda S. S e b a s t i a n i, qui Cromacium[3]) praefectum curauit.

136. * Ibid.: Legitur de S. B e r n a r d o, quod cum in pueritia graui dolore capitis vexaretur, adducta est ergo i n c a n t a t r i x. Sed Bernardus mox exclamans repulit eam, et propterea per dominum continuo ab omni dolore est liberatus.

137. * 43 F: Ex. leg. in *Spec. Exempl.* di. X. ex. 16., quod mulier quædam pretio dato cuidam s o r t i l e g o emit contra dolorem oculorum suorum c h a r t a m s c r i p t a m per illum sic: Dæmon euellat oculos tuos

[1]) frumentum.
[2]) caritatem annonæ.
[3]) In *Leg. aur.* c. 23. (ed. Græsse p. 111.) C h r o m a t i u s.

et stercoribus impleat loca eorum. Mira res: mulier perfidiæ credens sanata est. Postquam autem audisset prædicantem, quod nil valerent huiusmodi chartæ, illa restitit verbis illius. Tunc prædicator accepit chartam illam et displicans eam, vulgariter exposuit sibi scripta in ea. Mox illa stupens pœnitentiam egit et de cetero talibus non credens, meliorem sanitatem obtinuit. Simile accidit febricitanti cuidam etc.

138. 43 I: Legenda S. Iustinæ tangitur obiter.

139. 44 K: (Notanda de sanguine occisi manante in præsentia occisoris [Iudicium feretri, Bahrgericht], quæ verbotenus exscripsi in ephemeride *Ethnographia* XI. 278., additis locis parallelis ex *Osualdi de Laskó* Biga Salutis Quadr. 21. U.)

Deinde sic. pergit: ⋆ Pro exemplo ponamus, quod etiam *Aristoteles* propterea li. de Secretis (Secretorum) ad Alexandrum dicit: O Alexander, monui te frequenter et adhuc moneo, ubique parce sanguinem fundere humani generis, et caue quantum potes, quia soli deo conuenit, qui nouit secreta cordium digna morte. Noli igitur tibi assumere diuinum officium. Hæc si seruaueris, regnum tuum durabile erit, alioquin pro clamore sanguinis vindictam a deo excipies et regnum perdes.

140. ⋆ 45 S: Ex., quod narrat quidam doctor theologiæ Wiennensis (Paulus Wann?) quod Romæ custos ecclesiæ sancti Petri petiuit Gregorium papam, ut in crastino festi omnium sanctorum celebraret per se vel per alium missam pro anniuersario cuiusdam ciuis, qui dotauit ibidem unum altare, ubi sepultus est, et ordinauit missam perpetuam. Cumque sanctus Gregorius missam diceret: Requiem æternam dona eis domine etc., vox cælitus sonuit dicens: Non faciam. Sed dubitans, si hoc esset a deo vel diabolo, iterauit ergo papa: Requiem æternam etc. Iterum insonuit: Non faciam pro ista anima damnata, quia quodam anno non communicauerat tenens iram, nec pœnituit de hoc. Exinde papa statuit missæ introitum semper iterare pro memoria huius reuelationis. (Cf. 379.)

141. 45 Z: Ex. leg. in *Vitis Patrum* (Rosw. 480ª) et narratur in *Antonini* (u. s. scil. in Summa) de muliere conuersa per maleficium in equam et per S. Macharium in formam pristinam redacta.

142. ⋆ 46 G: Pro consolatorio narratur de quodam viro paupere, qui in agro vidit canem suum pedibus fodere, accurrensque repperit thesaurum absconditum et furatus est: canemque intantum dilexit, quod tandem mortuum sepeliuit in sacro cœmiterio, propter quod per plebanum tractus est in iudicium. Et videns, quod damnabitur per sententiam, obtulit singulis iudicibus pecuniam magnam dicens, quod canis suus per linguam mortuus fuerit et in testamento hæc ipsis legauerit. Iudices visis aureis acceptis illecti falsam sententiam tulerunt contra plebanum, quod debuisset ire processionaliter cum cruce ad sepeliendum canem talem.

143. 46 K: Ex. quod scribitur in *Spec. ex.* di. IX. ex. 93. de vetula, quæ discordes facit coniuges, inter quos dæmon a pluribus annis invanum laborauerat discordiam parare.

144. 47 P: Ex. leg. in *Spec. ex.* di. X ex. 27. de sutore, qui prædicanti contra calceos rostratos maledixit.

145. 49 D: Ex. *Gestis Romanor.* (c. 57. vulg. ed.) de fabro Focas et de imperatore Tito, cuius nomen in edd. Pelbarti in Atthum vel Athum defiguratur. Ceteroquin narratio Pelbarti satis fideliter sequitur fontem, cum hac tamen discrepantia notabili, quod versibus in fronte statuæ scriptis additur tertius: Audi, vide, tace, si vis vivere in pace, qui in Gestis Rom. c. 68. vulg. ed. inuenitur.

146. 49 F: Ex. leg. in *Spec. exempl.* di. VII. ex. 72. de festorum debita celebratione et eius retributione in vita futura.

147. 50 R: Ex. leg. in *libro Apum* (Thomæ Cantimpr.) et in *Spec. ex.* di. V. ex. 130. de puella tentata et aspectu vulnerum Christi a peccato retenta. (Cf. 68. 76.)

148. 50 S: Simile refertur in *Spec. ex.* di. V. ex. 131. de quodam milite, qui postquam in ordinem intrauit, tentatus est, ut exiret, sed Christus panem in sanguinem vulneris sui intinctum dedit ei, quo comeso ab omni tentatione liberatus est.

De Tempore.

149. Hiem. 3 Q: Tuba mortis. *Joh. Damascenus* (Barlaam et Josaphat, Leg. aur. cap. 180. ed. Græsse p. 814. Gesta Rom. 143.)

150. 7 C: Scala damnatorum. *Petrus Damiani* de decem comitibus damnatis successive propter quoddam prædium, quod primus ex illis progenitor sequentium abstulerat iniuste ab ecclesia Metensi. Et visi sunt in una scala infernali, primus in fundo, et sic porro.

151. 7 G: De S. Agathone abbate in *Vitis patrum* et de eius timore damnationis.

152. 7 G: *Vincentius de Valentia* de archidiacono Lugdunensi dicente «quod de triginta milibus solum quinque fuerunt salvati.»

153. 7 G: *Hieronymus* in testamento suo dicit: «quod ex decem milibus, qui male vixerunt, vix unus salvatur.»

154. 8 L: De Traiano imperatore, cuius sententia damnationis finalis fuit suspensa usque ad tempora S. Gregorii papæ, qui pro illo oravit. *Leg. S. Gregorii.* (Leg. aur. c. 46. ed. Græsse p. 196.)

155. 8 L: De magistro famoso Parisiensi, qui infra exsequias ter in feretro se erexit et dixit primo die: Iam ad iudicium vocatus sum. Altero: Iam iudicatus sum. Tertio: Iusto dei iudicio iam condemnatus sum. *Orig. Carthusien. ordinis.*

156. 8 O: De morte S. Martini, S. Elizabeth, B. Mariæ Virg. etc. *Gregor. Dial.* IV. (?)

157. 8 P: De fratre ord. Prædicator. ridente in agone. *Discipulus*

(Sermo de Temp. IX. P. et cf CXXIX R. *Gerardus de Fracheto*, Vitæ Fr Ord. Præd. ed. Reichert. p. 276. V. in codice Erdy. p. 23. hungarice de verbo ad verbum ex Pelb. l. c.)

158. 9 R: De quodam, qui ad extremam horam perductus oravit deum, ut sibi revelaret quidquid in eo peccati esset, de quo rite absolutus non esset. *Gregor. Dial.* IV.

159. 9 X: De tribus resuscitatis per merita S. Hieronymi. *Epistola Cyrilli* patriarchæ Hierosol. ad Augustinum de mirac. S. Hieron.

160. 10 C: Mala mors divitis vitiis pleni, quem filius monachus nomine *Maximus* a dæmonibus animam eius evellentibus non potuit servare *Gregor. Dial.* IV. (38.)

161. 10 H: De S. Lazaro per Christum resuscitato. S. *Augustinus* et S. *Chrysostomus*.

162. 11 C: De apibus et rege earum *Ambrosius* in Hexameron.

163. 12 S: De vita singulari et eius periculis.

164. 14 D: Leo gratus militi, qui eum a serpente liberaverat.

165. Ibid. infra: Leo, quem S. Hieronymus a sentibus sanaverat, semper deserviendo adhæsit fratribus suis. (Cf. Androclum, Gesta Rom. 104.)

166. 14 G: B. Franciscus fecit memoriam nativitatis Domini præparato præsepio et fœno et adductis bove et asino et apparuit ei puer Jesus in præsepio «et fœnum ibi positum valuit ad miracula sanitatum.»

167. * 16 Q: S. Hugo vidit B. Virginem in vigilia nativitatis Domini in ulnis filium tenentem, qui dicebat: Nosti, magister, quod diem natalis mei ecclesia cum gaudio celebrat? Et ubi est nunc diabolus, qui antea hominibus prævalebat?

168. Ibid. infra: Coram S. Antonio flebat diabolus in specie pueri eo, quod eum superare non poterat. *Vitae Patr.**)

169. 19 O: Miraculum, quod in Actibus S. Francisci (ed *Sabatier*, cap. 45. p. 142 et locis ibi citatis) de fratre Aegidio narratur, hic fratri Leoni adscribitur. (Quomodo dicente fratre Aegidio: virgo ante partum virgo in partu, virgo post partum, orta sint tria lilia.) Pelb. incipit: Legitur exemplum libro de vita sociorum S. Francisci, quæ forma citationis maxime congruit titulo libri, qui inscribitur: Speculum Vitæ B. Francisci et Sociorum ejus, de quo v. *Sabatier*, Vie de S. François d'Assise p. LXIX. ss. Hæc narratio etiam hungarice legitur in codice s. XV., qui nomine possessoris cod. Ehrenfeld dicitur, fol. 77. et s. (V. Nyelvemléktár VII, 36.)**)

---

*) Huic exemplo adduntur hæc verba: Sed heu hodie quot homines superat diabolus per vitia superstitionum et malorum tripudiorum ac gulæ ac aliorum peccatorum quæ solent homines istis diebus (scil. circa festum Nativ. Domini) facere.

**) Paulo inferius, (19 P) hæc verba, præsertim versus finem notatu dignissima leguntur: «Sicut Philosophus XIX. de Animalibus dicit. In primo instanti figurationis et animationis hominum communiter adeo

170. 19 T: De origine balsami. (Cf. Itineraria Terræ Sanctæ, e gr. librum, qui inscribatur Compendiosa quædam nec minus lectu iocunda descriptio urbis Hierusalem . . . per quendam devotum in Christo fratrem divi Francisci ordinis de observantia Nationis vero Hungarice . . . Impressum Vienne s. a. et n. typogr. F. XV. g. et XXIII. l. — Et de hoc libro v. Irodalomtört. Közlem. VII. 143.)

171. 21 L: *Petrus Alphonsus* in libro suo de miraculis (Disciplina clericalis 19. Gesta Rom. 103.) de tribus consilibus emptis, quæ servarunt vitam filii regis.

172. * 21 M: Refert *Meffret* in sermone (ed. Monac. 1612: I. 97b) exemplum, quod miles quidam de Austria totus fuit mundo deditus, cui de pompa mundi cogitanti apparuit domina quædam pulcherrima et ornata dicens: Ecce assum, quam toto amore quæsivisti. Ille in aspectu eius gaudens diligentius intuebat eam, et illa subiunxit: Sicut me de ante vidisti, ita et a retro intuearis. Et ecce a tergo vidit eam plenam vermibus, putredine et foetore, scil. sulphurei quasi ignis infernalis, et dicens: Ego sum gloria mundi, disparuit. Et miles perterritus se emendavit ac mundo renunciavit. (Gesta Rom. 202. Cf. Konrad v. Würzburg. Dër wërlte lôn. Discipuli Prompt. ex. M. 68. Bod cod. p. 6. — Lobkowitz cod. p. 276—278.)

173. * 21 O: *Beda* refert, quod in Anglia quidam in extremis constitutus videns infernum sibi apertum pertimuit. Cumque confortaretur ab astantibus, ut de dei misericordia speraret, ait: Tarde surrexi, et sic male decessit.

174. * 21 Q: Nam *Aricenna* libro Iuvenalium(?) recitat, quod prudentes inquisitores auri quærunt ipsum scutellis eburneis subter aquas. Ratio, quia ut *Plinius* dicit in Speculo naturali (Hist. nat.), ebore naturaliter attrahitur aurum, quemadmodum adamante ferrum. Ita spiritualiter quærî debet aurum spiritualis consolationis in Jesu assimilato auro, ut supra factum est, quia scutellæ eburneæ significant corda et corpora casta secundum Hieronymum, quæ attrahunt per amorem ipsum Christum.

175. 22 B: Filius ingratus. *Caesarii* Dial. (VI. 22.)*)

parva est quantitas in fœtibus, quod parvum (sic) excedit quantitatem formicæ. Nimirum hoc scire valde convenit mulieribus et obstetricibus, ut videlicet quando viderint aliquem fœtum nasci tam parvum et organisatum, sciant esse animatum et non projiciant putantes esse abortivum, sed servent et enutriant in arvina calida et recenti porcina, vel consimili. Quia si projicient fœtum talem, animam eius sine baptismo existentem in periculum dant damnationis æternæ, quod non parvum est peccatum, animam scil. perdere, quam possent salvare. Nam ego vidi plures homines virtuosos et militem virtuosum, qui sic parvi nati fuisse asserebantur et servati prædicto modo facti sunt viri optimi.» — — — — — (Paulo inferius vero dicit: «corpus communiter hominum XLVI. die secundum Augustinum animatur anima rationali.)

*) Pelbartus quidem *Caesarium* expressis verbis affert huius narrationis

176. 22 E: Parentes boni columbis, mali ciconiis assimilantur. (Exemplum ponit «quidam doctor.»)

177. 25 X: Quidam cum sponsa alterius violata fide contraxit matrimonium, «et statim prima nocte ambo obsessi fuerunt a dæmonibus et ad clamorem vexationis eorum tota civitas concurrebat, sed postea per heremitam nomine Fortunatum liberati, rediit illa ad primum sponsum.»

178. 25 Y: Mulier luxuriosa nocte rapta in spiritu ad tribunal iudicis emendationem morum promittit, sed iterum ad peccatum consuetum relapsa post malam mortem corpus eius a duobus canibus effoditur et dilaceratur. *Caesarii* Dial. (XI, 59.)

179. « 25 Z: *Meffret* refert, quod quidam devotus vidit animam cuiusdam hominis carnalis ad infernum deduci, et princeps dæmonum in cathedra tota ignita secum fecit eam sedere. Et ecce dæmones obtulerunt vas plenum potu amarissimo, fœtido et immundo. Et dixit princeps dæmonum: Bibe hunc potum, quem bibisti in sæculo. Et coactus est bibere. Et duo dæmones in eius aures tubis insufflaverunt, et statim per oculos, aures et nares et ceteros meatus exibat flamma ignea. Hæc, inquiunt, habeas pro cantilenis, in quibus delectabaris. Posuerunt etiam serpentes circa collum et bufones in faciem dicentes: Hæc propter amplexus meretricios. Dæmon dixit: Canta! Ille respondit: Quid cantabo nisi maledictionem? Maledicta hora, in qua natus sum! Maledicta terra, aqua et panis, quibus alitus mihi fuit, et sic de cælo et de deo etc.

180. « 26 K: Legitur in Vita Sociorum S. Francisci,*) quod quidam interrogavit sanctum fratrem Aegidium dicens: Potestne aliquis peccare mortaliter cum propria uxore? At ille ait: Dic tu mihi, potestne quis mortaliter inebriari de vino proprio, quod habet in suo cellario?

181. 26 L: Visio fratris ord. min. de pœna patris sui, qui propter enormia peccata luxuriæ cum uxore commissa damnatus erat.

182. 27 Q: Exemplum ex *Valerio Maximo* li. VI. ca. 2. allatum de patre filiam cui nuberet Themistoclem consulente.

183. 27 X: Libro Apiario *Thomae* (Cantimpratensis) refert (II, 30. 55.) quendam, propter illicitas et inhonestas contrectationes cum uxore propria, quadam nocte, cum ad secessum ivisset, omnia viscera edidisse. (Cf. *Discipuli* Promptuar. ex. M 16 et. *Spec. ex.* ed. Majoris, Sodomia 8.)

184. 27 Y: Exempla varia de continentia et castitate animalium: scil. elephantis, leonis, ciconiæ.**) Dein de smaragdo non sustinente luxuriam, de camphora. (Afferuntur ex *Philos.* de Animalib., ex *Plinio*, e Proprietatibus rerum *Barthol. Anglici* li. XII., ex *Alberto Magno* de

---

auctorem, quæ tamen in Apiario *Thomae Cantimpratensis*, Cæsario fere coævi invenitur libro II. cap. 7. § 4. Cæsarius l. c. simile quid narrat, sed (pro bufone in facie) serpens in collo filii ingrati hæret. Exemplum hoc fusius tractatur a *R. Köhler*, Kleinere Schriften I, 473 et ss. (Ad not. 1. p. 475. cf. Discipuli Serm. de Temp. 24 Y.)

*) De hoc libro vide supra No. 169.

**) Cf. Gesta Rom. 181. et 82.

Mineralib. lr. XII. Inveniuntur autem omnia et alia similia in *Physiologo*, de quo v. supra notam ad num. 108.).

185. 28 D: De leprosis non timendis ex. narrat *Gerson*, cancellarius Parisiensis.

186. 29 R: Exempl. boni et mali principis, primum adespoton, alterum ex *Helinando* et *Vincentio Bellov.* Spec. histor. III, 6. de quodam fratre ord. Cist., cui cum ageret in extremis, beatus Benedictus animam eius e corpore eduxit et ostendit ei mansiones electorum et supplicia damnatorum.

187. 30 circa finem: De glorificatione fidei SS. Eucharistiae, miraculum, quod evenit in episcopatu Brixiensi et narratur in Promptuario exemplor. *Discipuli* (F. 12.)

188. 31 I: Visio S. Arsenii (Gesta Rom. 165.) ex *Vitis Patrum* (ed. Rosw. 506b, 635b, 681a). Cf. supra no. 3, 9, 134.

189. * 32 L: Exemplum de quodam heremita narratur, qui dixit: Domine deus, custodi me tamen a minoribus et quotidianis peccatis, a maioribus bene me ego ipse custodiam. Et cecidit in maiora propter praesumptionem.

190. 32 L: Visio S. Antonii, qui vidit totum mundum laqueis plenum, qui tantum humilitate scil. verae poenitentiae evadi possunt. (*Vitae Patr.* ed. Rosw. 551b).

191. 32 R: Tentatio in tedio. In Serm. *Thesauri.*

192. 32 U: Tentatio monachi Anastasii.

193. 32 U infra: Discipulus cuiusdam senis septies tentatus, sed tentationibus non devictus, cui magister suus in excessu mentis septem coronas praeparatas vidit. *Vitae Patr.* (ed. Rosw. 590b et Discipuli Sermones de Temp. CLI F.)

194. 33 K: Legitur in *Vitis Patrum* de quibusdam sanctis in heremo, qui elemosynam operibus manuum adquisitam dabant, ut illa pro ipsis dormientibus oraret «et sic lucrarentur etiam tempus dormitionis.»

195. 33 K inferius: Quidam audiens fratres in claustro tempore noctis cantare «Te Deum laudamus», dixit: ecce illi deum festinant laudare, tu vero vis in lecto tota nocte dormire? Et sic se redarguens religionem intravit.

196. 34 Q: De S. Antonio et Paulo eremitis. (*Vitae Patr.*)

197. 34 R: De longaevitate abstinentium. S. *Vincentius* (Ferrer?).

198. 35 L: De iusta damnatione peccatoris. Legitur inter *Miracula* (?).

199. 36 R: De eo, qui vendidit animam suam diabolo et eam una cum corpore perdidit. In *libro Apum* di. V. (recte II, 56, 2. Cf. Pauli 280.)

200. 36 Z: De multitudine damnatorum *Meffret.*

201. 37 C: De rege filium captivum redimere volente. S. *Vincentius* (Ferrer?)

202. 37 K: De paucitate electorum S. *Vincentius* (Ferrer) in Serm. et aliud exemplum simile ostendens ex 5000 animabus solum tres salvatae esse.

203. ** 39 D: Fabula de superbo, avaro et invido. (V. in Append. sub no. II. 1. p. 37.)

204. 40 T: Exemplum refert *Arnoldus* in Gnotosolitos super illud Mat. XIX, (29.): Omnis qui reliquerit etc.

205. 40 X: Ex. de comite quodam lubrico, qui conversus est auditis in ecclesia Ezech. XVIII. (21.22) verbis: Quacumque hora ingemuerit homo etc.* «Et post mortem eius super sepulchrum eius inventum est scriptum literis aureis hoc dictum Psal. (CVI, 20.): Misit Dominus verbum suum etc.»

206. 40 Z: Visio Pauli abbatis e *Vitis Patrum*.

207. 41 D: Ex. narrat S. *Vincentius* (Ferrer) de quodam juvene scelerato, qui in somniis se vidit trahi ad judicium et præ timore subito canus factus est.

208. 41 G: De serpente venenoso qui mordet radicem alicuius arboris et omnes fructus eius morsu venenati efficiuntur. Ex. *S. Vincentii* sermone. (Cf. *Gesta Rom.* 176b et 185.)

209. 41 I: De efficacitate prædicationis S. *Bernardi* in conversione peccatorum. *Meffret* in sermone.

210. 42 S: De audiendo verbo Dei exemplum duarum ollarum, mundæ et sordidæ. *Vitae Patr.* l. IV, c. 106. (?)

211. 42 T: Ex. ex narratione *Jacobi de Vitriaco*** et *S. Vincentii de Valencia* aliorumque. De diabolo innumerabiles pixides habente, ex quibus ungebat in sermone aliquibus aures, aliis oculos, aliis ora, aliis pectus, aliis bursas illorum.

212. * 43 BB: Legitur in vita beati Amandi episcopi, qui cum prædicaret, quidam ioculator irridebat eum et sic verbum Dei contemnebat et aliis contemnendum ostendebat. Qui arreptus est a diabolo et se ipsum lacerans unguibus et dentibus exspiravit.

213. * Ibid. infernus: Legitur de S. *Francisco*, quidam prædicaret in castro Citernæ, quædam mulier cum cymbalo pulsando irridebat. Prænonita a S. Fran. noluit obœdire. Tandem S. Fran. dixit: Tolle, tolle diabole quod tuum est. Et statim in aëra rapta per dæmones exstitit et deinceps non est visa.

214. 43 DD: Pastor viso bufone ad sæpius audiendum sermonem commotus. (Cf. *Discipuli* Serm. de Temp. 17 M., ubi simile quid de quodam fratre narratur, sed sine applicatione ad audiendam prædicationem.)

215. 44 C: Quidam homo lubricus pœnitentiam differens tandem apparitione Christi crucifixi conversus.

216. 44 E: In *Vitis Patrum* (ed. Rosw. 579a) legitur ex. heremita a muliere tentati, qui digitos manuum igne combussit et sic tentationem vicit. (Cf. *Discipuli* Serm. de Temp. CXXV. O. et *Jac. de Vitriaco* 246. cum notis ed. Crane p. 237.) V. supra n. 31.

*) Loco cit. Ezech. tantum ad sensum simile quid invenitur.
**) Inter exempla I. Vitriacensis a *Crane* edita non inveni.

217. * 44 G: Legitur libro de donis Spiritus Sancti (*Stephani de Borbone*), quod cuvenis quidam ingressus purgatorium S. Patricii, inter varias pœnas animarum vidit circulum ferreum constipatum clavis acutissimis, in quibus quasi in chorea vertebantur plures compluti continuè igne sulphureo, quorum etiam viscera corrodebantur usque ad ossa. Angelus requisitus quid hæc essent? respondit: Tales sunt et tali supplicio plectuntur omnes, qui choreis et clamationibus impudicis vel saltibus, amplexibus, osculis, tactibus, ludis et verbis concitant ad libidinem alios et se.*)

218. 45 O: Mulier, quæ choreis et cantilenis assueta et assidua erat, turbine in altum rapta et a spiritu maligno crudeliter verberata. Ex *Apiario* (l. II.) ca. 7. (Discipulus. de Temp. 154 G.)

219. Ibid. infernus miraculum in regno Hungariæ cca. ann. 1480 vel quasi eventum, quod v. apud *Szilády* l. c. 6. in adnot.

220. 46 T: Visio cuiusdam, qui a iuventute nutritus in deserti monasterio erat, de chorizantibus. Legitur in *Vitis Patrum*.

221. * 46 Y: Legitur, ut narrat in sermone quidam doctor *Paulus* (Wann), quod in diœcesi Coloniensi in quadam villa erexerunt spectaculum arietis et choreæ, quod sacerdos loci prohibebat, sed illi non curaverunt; et cumesset æris serenitas, ecce subito fulgur et grando comminuerunt omnes segetes, fructus vinearum et arborum totius illius villæ et provinciæ circumiacentis, ex qua populus ad tale spectaculum convenerat.**)

222. 46 Z: Mater filiam suam virginem «secundum cursum mundi» pompose ornans ab angelo monetur et variis Dei plagis prædictis ad pœnitentiam convertitur. *Meffret* in sermone.

223. 47 F: Ex *Gestis Rom.* (c. 138.)

224. 47 H: Ex *Apiario* (l. II.) ca. 77. (De chorea et eius pœna horribili.)

225. 47 I: Ex eodem (l. II.) ca. 76. (De eadem materia, ad quam v. ea, quæ sub titulo Ünneprontók in ephem. hung. Ethnographia XI. 1900. commentatus sum.)

226. Pasch. 6 E: Varia exempla de resurrectione J. Christi.

a) Apes: *Avicenna* li. VIII. de Animalibus.

b) Leo: *Rabanus* sup. Genes.

c) Panthera: *Physiologus*.

d) Cocodrillus (sic) et natantia: *Hugo de Florido Prato*.

---

*) In editione narrationum Steph. de Borb. quam *Lecoy de la Marche* curavit, non inveni, sed legitur fere iisdem verbis hoc exemplum in Promptuario *Discipuli* C 9, ubi etiam e libro de donis depromptum affertur. Pelbartum e Discipuli farragine hausisse verisimillimum est.

**) Doctor iste Paulus, quem Pelbartus noster huius exempli auctorem affert, est Paulus *Wann*, cuius «Tractatus de corea cancionibus instrumentis musicis ad populum Bude(!) prædicatus» in Catalogo Manuscriptorum Bibl. Monacensis (Mss. Latt. VI, 479=16229) memoratur. Sæculo XV. floruisse videtur. Sermones eius typis expressi sunt Patav. 1491 et Hagenoæ 1499. (Bibl. Card. Simor Strigonii) et postea sæpius.

e) Phœnix: *Ambrosius* in Hexam.

f) Pelicanus: Psal. CI (vs. 7.).

g) « serpentem vincens: *Augustinus.*

h) « Libro *Origina.* (sic), quo forsitan Isidori Origines indigitantur.

i) Sidera.

227. 7 S: Latro conversus exemplo monachorum. *Jacobus de Vitriaco* (ed. Crane no. 68. p. 29. et adnot. p. 164., locis ibid. allatis addendum est Alphab. Narrat. 7. — Recull I.)

228. ** 8 Y: Fabula Iustitiæ et Iniustitiæ. (V. p. 35. et ss.)

229. 9 H: De captione et domesticatione elephantis. *Philosophus* (= Aristoteles) et *Solinus.*

230. 10 R: Legenda septem dormientium «a *Theodoro* et *Rufino*» scripta «et habetur in legenda communi» (= *Leg. aurea* c. 101. ed. Græsse p. 435.)

231. 11 U: Fabula virgarum unitarum et solutarum de bono concordiæ et malo discordiæ. (*Aesopus* Halm 103. Plutarchus, de garrulitate c. 17. Babrius 47. Faërnus 35. La Fontaine IV, 18. Desbillons II, 12. G. Pesti 51. Halapi IV, 31.)

232. 14 Z: De translatione animæ iusti cuiusdam in cælum. *Vitae Patrum* et alibi.

233. 16 L: Gaudia cæli ineffabilia. *Discipulus* in Promptuario exemplor. (G 2 et 4. Cf. Ethnographia IX. 402 et X. 165.)

234. 18 E: Revelatio, quam habuit S. Bernardus de passione Christi. In Vita eius.

235. 18 F: Visio cuiusdam nobilis oppressoris pauperum. *Viridarius* et *Merlinet* in sermone.

236. 19 I: De vano ornatu muliebri. *Vitae Patr.*

237. 19 P: De gaudiis cæli et pœnis inferni, visio cuiusdam monachi ord. Cisterciensis tentati de exitu. *Discipulus* in Promptuario ex. (G 15, ubi hoc exemplum ex libro affertur, cuius titulus est: Magnum exordium Ord. Cisterc.)

238. 20 Y: De melodia cælesti: S. Magdalena «triginta annis nil gustavit præ suavitate cælestis melodiæ, ad quam elevabatur per angelos in cælum, ut audiret.»

239. Ibid. Avicula cælestis. Ex *Discipuli* Serm.*) (De Temp. LXXXIV, N. Cf. Specul. ex. IX. 65. Martinus Polonus Prompt. ex. 16 B. Maurice de Sully in «Romania» V, 473—485. Odo de Ceritona. Sermones dominic. Paris 1520. fol. LXVIII[b] Bozon, Contes moral. ed. Lucy Toulmin-Smith p. 267 note 3. Hervieux l. c. IV. 295. Bozon ed. cit. p.

*) In fine huius exempli legitur: «Hoc idem narratur in libro, qui dicitur Speculum exemplorum», ex quibus verbis Pelbartum ex Discipuli et Speculi haud discrepantibus narrationibus suam contaminavisse colligi potest.

112. Scala cæli ed. cit. f. 102b. Pauli 562 cum adnott. in ed. Oesterley. *Dunlop Liebrecht* Gesch. d. Prosadicht. 443. et ea, quæ de hoc exemplo in ephem. hung. Katholikus Szemle XIV. 529 et 532. commentatus sum.)

240. 20 Z: Revelatio facta cuidam religioso per monialem, quæ ei post mortem apparuit, de gaudiis cæli. Ex *Discipuli* Promptuario ex. (G 10.) Ibidem additur exemplum, quod iam superius e Sermone partis Hiem. 32. U. in hoc Elencho sub no. 193 allatum est.)

241. «21 C: Figura vitæ terrestris. Antiqui philosophi depingebant vitam præsentem in forma hominis iocunde vestiti super globo rotundo volubili sedentis, in manibus tenentis candelam accensam et eversam, atque in ore eius mellis argum, et super caput hos versus scriptos habebat:

Est mihi mel mundus, ideo sto veste iocundus
Sto super incerto, vitam cum lumine verto.

Ex istis patet, quod contemnendus est mundus. (Forsitan ex Imaginibus *Fulgentii*, de quo libro vide *Oesterley* in ed. Gestor. Romanor. p. 252.)

242. 22 P: Dæmones consumuntur cupidine videndi Deum. Ex *Apiario* Thomæ Brabantini (i. e. Cantipratensis) et *Discipuli* Promptuario ex. (G 1.) V. n. 293.

243. 23 F: Gaudia cæli ineffabilia. *Augustinus* ad Cyrillum de laudib. b. Hieronymi.

244. 24 P: Exemplum viri adulteri in facie deformati ex *Vincentii* (Ferrer) Sermone in octava Resurrectionis. (Cf. infra exemplum simile in Sermone partis Aestiv. 15 F. no. 290.)

245. 24 S: De obsessa in civitate Coloniæ «in qua dæmon interrogatus, quid facere vellet, ut ad cælestem beatitudinem pervenire posset, respondit: si esset ferrea columna rasoriis et clavis accutissimis circumsæpta a terra usque ad cælum alta, si carnem haberem, usque ad finem mundi, inquit, vellem per illam trahi quotidie sursum et deorsum, dum possem ad beatitudinem pervenire.» *Cæsarius* Dial. mir. V. 10. et *Discipulus* (Serm. de Temp. LXXXIV L).

246. 26 M: S. Franciscus et plures alii beatorum in agone cælestem audivere melodiam. (Cf. 238.)

247. 27 Z: Mors prodigiosa Juliani Apostatæ. In *Vitis Patrum* (ed. Rosw. 227a) et *Speculo exempl.* (ed. Maioris s. v. Apostata 10. p. 71. ex Vita S. Basilii scripta per Amphilochium apud Surium.)

248. 28 H: S. Bernardus et rusticus. *Legenda S. Bernardi* (Leg. aur. c. 120. ed. Graesse p. 534).

249. 28 H inferius: Quomodo sit orandum. Ex *Vitis Patrum* (ed. Rosw.?)

250. 28 K: Virtus maxima. *Vitae Patrum* (ed. Rosw.? cf. Gesta Rom. 197. et cod. hung. qui intitulatur Példák könyve p. 16–18 et 19–20.

ubi contentio similis quinque, resp. trium heremitarum de virtute maxima et Deo carissima, e *Discipuli* Promptuario ex I. 26. et 28. sumpta narratur. Pelbartus noster nec hanc, nec illam, sed aliam, quæ exemplo in Gestis Rom. occurrenti proxima est, præ se habuisse videtur.)

250[b]. 29 S: Visio S. Bernhardi de angelis, conscribentibus in choro psalmos et orationes fratrum. Legitur in *Speculo exemplor.* dist. III. cap. 17.

251. 30 Z: Oratio S. Servatii contra Hunos in Galliam venturos. In *leg. eius.* (Leg. aur. cap. 241. ed. Græsse p. 954. saltem tangitur hic eventus vitæ S. Servatii. Fusius in legendis sancti amplioribus, quæ in Biblioth. hagiogr. Lat. sub nomine eius citantur.)

252. 30 A: Visio S. Macharii, qui vidit diabolos orationem fratrum vanis cogitationibus turbare conantes. Ex *Vitis Patrum* (Rosw. 481[b].

253. 30 C: Virtus maxima, ut dixit S. Agathon, oratio, quia hanc dæmones semper impedire festinant. In *Vitis Patrum* (ed. Rosw. p. 613[a]).

254. 31 E: Vinum veneno corruptum. *Julius Sextus* li. IX. ca. 5. (Cf. Gesta Rom. 88. Paulli 66[1]: «Julius sextus libro II. stratagematum etc.»)

255. 32 Q: De causa diminutionis gratiæ. *Vitae Patr.*

256. Ibid. inferius: S. *Amandus* li. I. ca. 10. de pœnis damnatorum.

257. 33 Z: De novicio, qui ordinem relinquere voluit et visione retentus est. In *Gestis S. Francisci* et *Speculo exemplor.* (VII. 19.)

258. 34 K: Tres littera. *Spec. exempl.* (IX. 47. Cf. Gesta Rom. 125 in fine et 188.)

259. 36 Q: «Veni Creator.» *Spec. exempl.* (ed. Majoris p. 461.)

260. 37 T: De provincia Hiberniæ. li. *Proprietatum* (Barthol. Anglici) XV.

